tio quoniam ipsa macula pedum ex nimis frequenteratione efficit nimis tensum et inueteratum. Unde dicitur Ecclia. xxxviii. Qui baptizatur a mortuo. id est lauatur a mortali peccato: et iterum quod tangit mortuum quod proficit ei lauatio. iiij. Pe. iiij. facta sunt eis posteriora priuorb[us] deteriora. Contingit enim eis illud veri pueri. Caelut canis reuersus ad suum vomitum et sus lota in voluntario luti. Secundum lauit pedes spuales a quo sunt sanguinis. De quo lotio dicitur Apoc. iiij. Lazarus fuit stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. Item ex quo sanguis Christi h[ab]et dealbare vestimenta quod habeat virtus lactis et non sanguinus. Lance sanguinis est in vberibus decoctus. Sanguis Christi excoctus fuit in corpore suo et in corde nostro. In corpore suo igne amoris. Tam vehementer enim in suo corpore ebulliuit quod aperto latere suo cum impetu emanavit. In corde nostro sunt duo vbera. scilicet intellectus et affectus. Dicitur autem excoctus in vberi intellexus per meditationem: et in vberi affectus per devotionem. Et sic sanguis Christi est excoctus in corpore suo per amorem in corde nostro per meditationem. Et affectus vertitur in albedinem et arias nostras dealbat et mundat. Apo. i. Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. R[ec]it laudas nostras alias Christus fecit spuale luxuriam: in quo pro aqua posuit sanguinem preciosum. i. Joh. v. Hic est qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus. pro cinere amaritudinem penitentis. Cinerem tamen panem manducabat. Pro igne calefaciente amorem immensum. Johanna. viij. Cum dilexisset suos quod erant in mundo: in fine dilexit eos. Sed quoniam luxui erat nimis forte. Tu propter nimiam cinerem amaritudinem. Jo[annes] Christus illud luxurium duplice aqua temperauit. scilicet aqua lactionis quam in cruce effudit ut habeat. Heb. v. Et a quo regenerationis quod de eius latere emanavit. Sic ergo ex tali luxu sicut factus et positus ex a quo sanguinis: sic mixto ex cinere amaritudinis sicut calefacto ex igne amoris

# In die sancto parasceues.

Si tēperato ex aqua lachrymatiōis et regeneratiōis lauat pedes oīm. i. affectus oīm aīaz. Terzio accipit psonā epi qñ. s. panē et vinū in corpus suū trāssubstātiavit: et aplis potesta- tē cōficiēdi et trāssubstātiandi dedit. Et ista est maior potestas q̄b vñq̄da ta fuerit alicui. L Est quedā potestas dei magna facere de aliquo ali- quid: sicut qñ fecit hoīem de terra: et etiā de hoīe. Est alia dei p̄tās maio- ri: sc̄z facere de nichilo aliqd. Sicut qñ dñs fecit de nichilo celum et terrā. Et alia potestas dei maxima facere sc̄z ut ita dicam⁹ de creatura crea- rē. Istā potestatē nō dedit angelis: sed sacerdotib⁹ solis: qui diuina vir- tute panē et vinū in corp⁹ et sanguinē xpi puertūt. Un Euseb. Uisibiliss sa- cerdos visibiles creaturas in corp⁹ et sanguinē xpi verbo suo secreta po- testate cōmutat. Illo sc̄z verbo qđ di- cit sacerdos. s. Hoc est corpus meū. M Non igī dī aliqd attēdere ad vi- sum suū: qz visus putaret se videre colorem panis: et tñ non est ibi panis. Nec ad gustū panis: et tñ nō est ibi panis. Nec ad tactū suū: qz putaret se tāgere substātiā panis: et tñ nō est ibi panis. Nec ad olfactū suū: qz pu- taret se sentire odore panis et vini: et tñ nō est ibi panis nec vini. Sed dī attēdere ad auditū suū: qz cū audit. Hoc est corpus meū: ita est p̄ oīa: ut audiuit. Hoc signatū est Gen. xxvij. I ysaac qñ bñdixit iacob. Fuit em̄ de ceptus suīs visus: qz oculi eius cali- gauerāt et ipm nō cognouit. Fuit de ceptus olfactus suīs qz credidit sen- tire odorem vestimētor̄ esau: et erat odor vestimētor̄ que iduerat iacob. Fuit deceptus gustus ei⁹: qz crede- bat se comedere de venatione esau: et comedebat de venatione iacob. Fuit deceptus tactus eius: qz pura bat se tāgere manus esau: et tāgebat manus Jacob. Sed tñ auditus quo vocē iacob audiuit: non fuit decept⁹ immo dixit. Vox quidē vox iacob est. Sie etiā in isto sacramento oēs alii

sensus preter auditū decipiunt. Et ideo oēs fideles qñ audiūt. Hoc est corpus meū: ita esse firmiter et ve- raciter credere debent.

C In die parasceues.

C Sermo primus.

**S**Ciens iesus qz oīa cōsu- mata sunt vt cōsumma- ref scripture dixit sitio. Illi autē sp̄ogiā plenaq; aceto ysopo circuponen- tes obtulerūt ori ei⁹. Cū ergo acce- pisset iesus acetū dixit: cōsummatus est. Et inclinato capite tradidit spiri- tum. Johan. xix. B Xps in vita sua iudeis dederat multa salutifera doc- cumenta: exhibuerat multa sancti- tatis exempla. Contulerat multa bene- ficia atq; miracula: sed hodie miseri iudei pro documentis dederunt xpo dura verba. pro sanctis exemplis: dederunt ei duriora verbera. pro beneficijs dederunt ei durissima cru- cis tormenta. Non restabat autem nisi vna pena. s. vt ipsum felle et ace- to potarent: sicut in auctoritate su- pra posita habetur. In qua qdeꝝ au- ctioritate tria ponunt ex pte xpi: et vñue ex parte iudeorum. Nā ex par- te xpi primo ponitur eius feruens charitas cū dicit sitio. Scđo cōsum- mata vītas. cuꝝ dicit. cōsummatus ē Tertio magna pietas: cū subditur Et inclinato capite tradidit spiritū Quarto ex pte iudeorū magna cri- delitas in hoc qz sibi ad bibendum porrexit acetū. B Circa primum notādū qz in hoc qz iesus dixit sitio eius feruēs charitas designat. Nō enī sitiebat aquā s̄z salutē nīram: nō sitiebat vīnu sed pfectū nīrm. Nō si- tiebat aquā liquorem sed nīrm amo- rē. Berñ. Sitio ait xps nō doleo. O dñe qd sitis: fidē vīam: salutē vīam gaudiū vīm. pl̄ aīaz vīaz qz corpo- ris proprij cruciat⁹ me tenet: et si nō mei: saltem vīi miseremini. C Ista autē xpi charitas tam int̄esa om̄is ali- os amores superat et excellit. s. amo- rē naturalē: matrimoniale: sociale:

# Sermo primus.

et alalē. Amor naturalis ē qui est inter patrē et matrē et filiū. Et istū amorē amor xpi excellit. Nulla em̄ mī sūliū suū intrātū dilerit q̄stū hodie xps nos amauit. *Esa. xliz.* Nunqđ obliuisci p̄t mī infantē suū vt nō misereatur filiopterī sui. Et si illa oblita fuerit ego tamē non obliuiscar tui dicit dñs: ecce in manib⁹ meis descripti remuri tui corā oclis meis sp. Nunqđ fuit aliqua mī que tm̄ sūliū suū diligenter vt nomē suū in manib⁹ suis pigi vel scribi faceret: vt sic die ac nocte memorias ei⁹ haberet. Xps at die ac nocte i manib⁹ suis scriptos nos portat vt sp memoria nī hēat. Et illa scriptura nō fuit facta cū calamo vel a tramēto vel in pgameno: s̄z calami fuerūt acutissimi clavi. Attramentū ei⁹ sanguis sciosus. scriptores iudei pueri. pgamenū caro manuum xpi. Sc̄bo excellit amore m̄rimoniale: q̄ est inter virū et vxorē. Et hoc in duo b⁹. primo in hoc q̄ si vxor fornicat vteri⁹ a viro suo nō recipit. S̄z si aie nostre xpm sp̄cūm deserit et diabolo adulterio p̄sentiat xps eas penitentes recipit. Et ideo in cruce manus extētas tenet: ad innuēdū q̄ pctōres ad se reuersos ptin⁹ amplexat. *Ier. iiiij. Vulgo dr.* Si dimiserit vir vxorē suā et ab eo recedēs duxerit vix alterū nunqđ reuertit ad eū ultra: nūqd non polluta et contaminata erit mulier illa. Tu autē fouicata es cū amatorib⁹ multis: tm̄ reuertere ad me: et ego suscipiā te dicit dñs. Sc̄bo amor xpi excellit m̄rimoniale in hoc q̄ si ē aliq̄ vxor q̄ h̄ret maculas in corpore vel in facie et non possit ab illis emundari nisi vir vulnerari se faceret et in suo sanguine se balnearet vxor: non est aliq̄ vir q̄ vxorē suā int̄m diligenter vt ista sustinere vellet. Hie autē n̄tē q̄ erāt xpi sp̄sē macul⁹ pctōr̄ ex rāt plene. Etiō xps i quinq̄ ptib⁹ se vulnerare fecit: et sanguinem suū fudit in q̄ sponsa sua balneauit: et ab oib⁹ maculis mūdata fuit. Et hoc ē qđ dr *Ephē. v.* Ut̄ diligite vxores v̄t̄as si

cut et xps dilexit ecclīs et tradidit sec metiū pilla vt ea sc̄ificaret munēdās eā lauachro aq̄ ybo vite vt exhiberet sibi ḡlosam ecclīam nō h̄ntes maculā neq̄ rugā aut aliqd hm̄i s̄z vt sit sc̄ta et imaculata. Tertio amor xpi excellit amore socialem q̄ est iter amicū et amicū. Null⁹ hō inuenireſ qui vellet mori p̄ suo iūnico: vix aut inuenireſ qui vellet mori p̄ amico: s̄z p̄ amico bovo. i. simplici et fidel: et in nocēter decepto forte aliq̄ morti se exponeret. Nos igit̄ nō eram⁹ iūsti neq̄ boni: s̄z eram⁹ impij et dei iniūci: et tm̄ xps p̄ nobis mori voluit. Et hoc est qđ dr *Rom. v.* Cui adhuc ifir mi essem⁹ xps p̄ impij mortu⁹ est. Vix em̄ p̄ iusto q̄s mori. Nā p̄ bono foris q̄s audeat mori. Cōmentat autē de⁹ suā charitatē in nobis: qm̄ cū adhuc pctōres essem⁹ xps pro nob̄ mortu⁹ est. Posset at dici q̄ xps h̄ebat vnu amicū. s. deū patrē: et vnu sūli et p̄t̄is iūnicū. s. gen⁹ humānsi. vt igit̄ xps iter istos pacē faceret se mediatoře interposuit. i. *Thim. iiij.* Un⁹ est mediator dei et hoīm hō xps iesus qui dedit semetipm in redēptionē p̄ oib⁹. Sc̄pe em̄ contingit q̄ qn̄ aliq̄ inter duos ritātes interponitur ab vtrōq̄ vulnerař. Sic et xps vulnerat⁹ fuit a p̄te *Esa. liij.* p̄cept⁹ scel⁹ pp̄li mei p̄cuissi eu. Vulnerat⁹ fuit etiā ab hoīe. zacha. xvij. his plagat⁹ sum i domo eoz q̄ dilig. me. Quarto amor xpi excedit amore alalē q̄ est iter amicū et corp⁹: aia ei int̄m diligit corp⁹ ab eo separari renuit et oēm corpis labore fugit et vitat. Aia at xpi int̄m aias n̄ras dilerit q̄ a corpe suo p̄no stra salute voluit separari. *Joh. x.* aiaz mea pono p̄ ouib⁹ meis. int̄m dilexit q̄ passa ē corp⁹ suū cū mīta letitia in q̄nq̄ ptib⁹ lacerari vt sic p̄ciū n̄re redēptioř abūdāt efflueret. Un̄ in sua persona dt pp̄ha. Cōcidisti saccū meū et cir. mele. D Sc̄bo ponit q̄sumata v̄itas cū dt. q̄sumatū ē. Cōsumata quidē et q̄pleta fuit oia p̄dicta. s. de sua nativitate: et sua queritatiōe: et de

# In die sancto parascenes. ser. I.

sua passione: hodie q̄qz p̄suminatum fuit corp⁹ suū: p̄sumat⁹ fuit t̄ sanguis su⁹. Corp⁹ qdē p̄sumat⁹ fuit lmo con sumptu: qz ola ossa sua apparebat t̄ dinuerari poterat. ps. Numerare ruit ola ossa mea. Nec mirū si corp⁹ suū sic fuit p̄sumat⁹ qz fuit trib⁹ disciplinis ḡuisumis flagellat⁹. Est enī qdā disciplina q̄ fit cū ḥgis: t̄ ista est fortis: qz carnē frāgit. Est alia q̄ fit cū spinis duris t̄ acutis: ista ē durior e t̄ fortior: qz v̄sq ad ossa pforādo ptingit. Est alia q̄ fit cū ferreis instrumentis: t̄ ista est fortissima qz aia a corpore excutit. Ista triplici disciplina fuit corp⁹ xp̄i flagellat⁹ t̄ iō totaliter p̄summat⁹. Pr̄io ei corp⁹ xp̄i fuit flagellat⁹ ḥgis seu funib⁹ nodosis qn̄ pylat⁹ ip̄z ad colunā fecit ligari t̄ flagellari: t̄ illa talis flagellatio totum corp⁹ vulnerauit. Scđo xp̄s fuit vulnerat⁹ cū spinis. qn̄. s. spinis durissimis t̄ acutis fuit coronatus. Et illa talis flagellatio fm. Berñ. os capitis pforauit t̄ v̄sq ad cerebrū puenit. Et fm. Chry. Mille puct⁹ caput ei⁹ iple tur. Et si dicaf q̄ n̄ v̄t possibile q̄ sp̄ne capit⁹ os tā durū potuerit pforare Dicēdū q̄ hoc n̄ fuit factū. fm. natūrāz fm. voluntatē diuinā: nec est ḥriū ei qd̄ dr. Joh. xix. os n̄ ȝminuet⁹ ex eo. qz os ei⁹ capit⁹ n̄ fuit cōminut⁹: bz fuerit pforat⁹. Tertio fuit flagellat⁹ cū instrumentis ferreis. i. cū clavis acutis t̄ illa talis flagellatio animā a corpore excusit. Math. xxvij. Jesus aut̄ clamans voce magna: sc̄z pre nūno dolore emisit sp̄m. Scđo ei⁹ sanguis fuit p̄summatus: qz tot⁹ fuit a corpore evacuat⁹. Et Ola ei opa sua fecit d̄is in numero t̄ p̄dere t̄ mensura. vt h̄f. Sap. xi. in numero t̄ pondere t̄ mensura: vt h̄f. Sap. xi. Excepto ope n̄re redēptionis: ibi em̄ n̄ fuavit numerū: vt sc̄z vna vel duas guttas sanguinis sui daret cū tñ vna sola sufficeret. Nō fuavit pō dus: vt sc̄z vna libra vel vinciā vnam effunderet. Nō fuavit mensurā: sed totū dedit totum fudit. ps. Copiosa

apud eū redēptio. Berñ. prorsus copiosa: qz nō gutta sanguinis. sed vna fluminis p̄ quinqz partes corporis emanauit. Et Tertio ostendit magna p̄passio t̄ magna pietas in eo q̄ dr. icliato capite tradidit sp̄m. Magna qdē pietas: qz iudei sp̄m xp̄i ab ei⁹ corpe violentē cū militis supplicijs expulerūt. ps. Uim faciebat qui q̄rebat aiam meā. Ex hoc asit qd̄ dr. inclinato capite tradi. sp̄m. Quidā voluit dicē aiale principale sedē h̄re in capite sup̄ hoc tñ iter sapiētes fuerit q̄tuor opinōes. Quidā ei dixerunt aiam eē i capite t̄ hoc pp̄ illā auctoritatē q̄ dr. Gen. i. Inspirauit in facie ei⁹ spiraculū vite. Illa em̄ inspiratio nihil aliud fuit q̄z aie infusio: alij dixerunt ip̄am esse in corde t̄ hoc pp̄ illā auctoritatē q̄ dr. Math. xv. De corde exēst male cogitationes. Cum em̄ cogitationes exēst ab aia. Si cogitationes exēunt a corde: ḡ aia est in corde. Unī h̄ief. in ep̄la ad fabiolam q̄ris vbi principale sit aie. plato in cerebro: xp̄s mōstrati corde. Alij dixerunt ip̄am esse in sanguine: t̄ hoc pp̄ illā qd̄ dr. Levi. xvij. Aia om̄is carnis in sanguine est. Alij dixerunt ip̄am esse in toto corpe: t̄ in qualibet parte totā t̄ hoc pp̄ illā. q. Rcg. i. ad huc tota aia mea est in memetipso. nō em̄ dixit est in capite meo: vel in corde vel in sanguine meo: sed in memetipso. i. i corpore meo. Et Judei igit̄ volentes aiam xp̄i cruciare vidētur: istas quatuor opinōes saltem ip̄o facto sciuisse. Primo ip̄am aiam cruciauerunt in capite: qz fuit spinis coronatum. Anselmus. Coronatus incedebat: sed iha sua corona cruciatus est: quia mille puncturis ei⁹ speciosissimū verticē vulnerauerūt. Vt Scđo cruciauerūt ip̄am in corde: sc̄z qn̄ fuit iuxta cor in latere vulnerat⁹: vt si ibi forte aia remansisset: cruciatum sentiret versi cū triplex sit amor scilicet sermonis: cordis t̄ operis. Christus ostēderat nobis sermonis amore in sapienti predicatione: amo-

## Sermo .ii.

rem operis in miraculorum exhibitio-  
ne: quid restabat nisi ut ostenderet:  
amorem cordis quem ostendit in latens  
spertione. Verbi. Clavis penetrans  
clavis reserans factus est noster hi quid  
videas perforarem: clamat clavis cla-  
mat vulnus. Quod oshotens deus vero  
est in Christo mundum sibi reconcilians.  
Tertio crucis auerunt ei aiam in san-  
guine. scilicet quod clavis acutis eius venas  
asperuerunt et totum sanguinem cum  
doloribus extraxerunt: ita quod corpore  
eius remansit in cruce totum aridum  
sicut lignum: vñ ps. Bruit tanquam testa  
virtus mea. Tres ossa mea sicut cre-  
mum aruerunt. et assimilat corpore suum  
Christum et teste: nam testa quod prius  
erat humida: postmodum ab igne fit  
arida. Similiter crematus est lardum adu-  
stum a quo omnia pinguedo recessit: sic  
corpus Christi in cruce fuit: sicut testa:  
quod ab omnibus suis humoribus fuit expe-  
catum: et fuit sicut crematum: quod toto  
sanguine suo fuit euacuatum. 3 Quar-  
to afflixerunt aliam in toto corpe: quod  
et planta pedis usque ad articulatum non fuit  
in eo sanitatis. Cruciatus fuit in toto  
corpo: scilicet in parte suprema: media  
et infima: nam in parte suprema fuit  
spinis coronatus: et media fuit ad co-  
lumnam ligatus et flagellatus: in infi-  
ma fuit pedibus perforatus et cruci-  
ifixus ubi manus dolorē sensit: et quod  
locus erat neruosis: et quia unius pes  
super alium positus: et quod grossis cla-  
vis perforatus: et quod innitebat clava-  
tis pedibus totum corpus. 4 Quar-  
to ponitur ex parte iudeorum magna pa-  
ueritas quod os Christi aceto potau-  
erunt. Due magne rusticitates ouo Christi  
hodie facte fuerunt. Una est quod ace-  
tum dederunt sibi bibere. Secunda  
quod iudas ore suo turpissimos os Christi  
osculari presumpserit: sic hodie duas  
rusticitates multi faciunt ore Christi.  
Quidam enim adhuc dat sibi acetum. id est  
opa prava. ps. Exacerbavit dominus pec-  
cator. Quel Christi ori debet dare vi-  
nu suave. id est bona deoque placita-  
dat sibi acetum. id est opera mala et acer-

ba. 5. Expectauit ut faceret ve-  
nas et fecit labruscas. 6. Secundo sunt  
adhuc quodem qui cum iuda oscula-  
tur. Quartuor ei proponit Christum oscula-  
te fuerunt. nam ipsum osculata fuit macta  
ei quod eum infantem in suis brachiorum ba-  
iulabat. sepe ipsum osculabat et hoc est  
in signum amoris. Osculatus est eum etiam  
Symeon quoniam scilicet in vlnas suas eum accepit  
et istud osculum fuit signum reverentie et  
honoris sicut quoniam quod manus vel pedes  
Christi osculat. Osculata fuit eum maria  
Magdalena: et hoc in signum reconcilia-  
tionis: sicut quoniam inimici ad pacem veniunt  
se mutuo osculantur. Osculatus fuit eum  
Iudas: et hoc in signum propitiacionis: sicut  
et Joab osculatus est amata. 7. Reg. xx.  
Quicunque hodie ignorat osculat Christum vis-  
deat qualiter osculetur. Ille enim quod nullum  
hunc odium et rancor: sed ad desum et pro-  
ximum sincerum amorem osculat cum ma-  
ria. Ille quod ad Christum passionem militare  
retia et deuotio et lachrymaz effusio  
ne afficit osculat cum Symone. ille qui  
prius erat deo inimicus: sed in ista  
quadragesima est sibi reconciliatus  
osculat cum Magdalena ille qui hodie  
crucifixum osculat et in pascha in me-  
sa altaris cum Christo epulatur et post pas-  
cha ad petram reuertitur. Osculat cum  
Iuda proctore: magna enim proditio  
est hodie Christo osculum dare et in pa-  
schate in mensa Christi comedere: et  
postea de domo cordis sui Christi expelle-  
re et limicu Christi capitale. id est demonem  
in cor suum inducere. Talibus Christus potest  
dicere illud quod dicitur in psalmis. Tu  
vero homo unanimus dux meus et  
notus meus qui simul tecum dulces  
capiebas cibos in domo dei ambu-  
lauit cum consenit. Et sequitur. yes-  
niat mors super illos et descendant  
in infernum viventes.

¶ Eadem die scilicet parvaneus.

**S**ermo secundus.

Nspice et fac secundum  
exemplar quod tibi in monte  
monstratum est. Exod.  
xxv. Christus est tan-  
quam liber exemplaris. Ad cuius

# In die sancto paracleus.

exemplū totā vitā nostrā debemus deducere: et ipam corrigere. Ecclia q̄q̄ officia sua et obfuantias suas ab isto libro extraxit: maxime autē i hac die ecclia in officio multa mystica facit q̄ ab illo libro extraxit: et iō supradictū ḥbū pōt esse ḥbū dei patris ecclie alloquētis et dicētis: inspice et fac. Fini exemplar qd̄ tibi in mōte monstratū est. A Uideam⁹ igit̄ q̄ sunt ista mysteria q̄ ecclia hodie facit: et q̄ ab isto libro extraxit. Primum est q̄ alaria sunt denudata. Altare q̄dež est xp̄s q̄ hodie fuit suis vestib⁹ denudatus. Habebat eīn xp̄s tria ḡna vestimentorum. Primo habebat vestes materiales quas ferebat sicut ceteri homines isti fuit denudat⁹. Unū ps. Dū uiserunt sibi vestimenta mea. Habebat eīn vestimentū. s. corpus ppriu⁹ qd̄ est vestimentū aie isto vestimento hodie aia xp̄i fuit spoliata et suo corpore denudata. Joh. xix. Et inclinato capite tradidit sp̄m. Habebat etiā vestes spirituales. i. suos ap̄los qui xp̄m vestiebant et ornabāt. Esa. xl ix. Unū ego dicit dñs q̄ his oibus velut ornamēto vestieris. Iste vestib⁹ fuit xp̄s denudat⁹: q̄ fuit oibus apostolis derelict⁹. Joh. xvi. Ecce venit hora et iā venit: ut dispgamini unusquisq; in propria et me solū relinqt̄. B Scdm̄ est: q̄ ecclia trib⁹ diebus mortē xp̄i plangit tenebras facit: ad innuendū q̄ sol trib⁹ horis tenebris se iduit: et mortē xp̄i deplāxit. Uel ad innuendū q̄ triplex creatura mortē xp̄i desleuit. s. pure corporal⁹: sicut terra q̄ contremuit et sol q̄ obscurat⁹ est pure sp̄ualis: sicut ageli Esa. xxxiiij. Angeli pacis amare siebūt. Et 2posita sicut hō: vñ ap̄li et sancte mulieres: Uel trib⁹ dieb⁹ oīs ecclia plangit: ex eo q̄ trib⁹ dieb⁹ et duab⁹ noctibus xp̄s mortu⁹ iacint. C Tertiū est cāpanē nō pulsant ex eo q̄ om̄es cāpanē hodie siluerunt. Xps eīn habebat. xij. cāpanas. i. xij. ap̄los. qua rū una penit⁹ fracta fuit: sc̄j iudas. et remanserūt yndecim. Inter q̄s erat

vna ceteris grossior. s. petr⁹ q̄ semet tā alte sonuit q̄ ei⁹ son⁹ sup angelos ascendit: qn̄ dixit Math. xvij. Tu es xp̄s fili⁹ dei viii. Ista cāpana hodie sonū pdidit: qn̄ xp̄m negauit. Silr et ceteri apl̄sonū pdiderunt: qn̄ xp̄z re liquerūt. Alia cāpana fuit xp̄s q̄ in hac vita nō cessauit sonare. i. pdicare. Tandē eleuata est in campanili crucis: et ibi dedit sonū pie 2questiōnis in aurib⁹ patris cū dixit Math. xxvij. Deus me⁹ deus me⁹: vt quid dereliquisti me. Dedit sonū amoris in aurib⁹ m̄ris cū dixit Joh. xix. Mu lier ecce fili⁹ tu⁹. Dedit sonū magni doloris in auribus humani generis cum dixit Threno. i. O vos oēs qui transitis p̄ viā attendite et videte s̄ est dolor sicut dolor me⁹. Tm̄ sonuit ista cāpana q̄ rauca facta fuit. ps. Laborauit clamans rauce facte sunt fauces mee. Tandē ista cāpana fuit fracta et in quinq; partes pforata: et tunc oīno siluit et sonū dimisit. Alia cāpana fuit virgo beata q̄ tā dulciter sonuit q̄ filius dei ad ei⁹ sonū venit: qn̄ ipsa dixit. Ecce ancilla dñi fiat mihi. Tā dulciter sonuit q̄ Johānes baptista ad ei⁹ sonū in vtero matris trepidauit. Ista cāpana hodie ferro doloris pforata fuit: et iō sonū perdidit. Luc. ii. Et tuā ipsi⁹ aīam pertransfribit gladi⁹. Alia campana fuit vniuersitas creaturaz q̄ dat triplice sonū. Q̄ pdicat dei potentia: ex sua magnitudine. Dei sapientia: ex suo ordine. Dei bonitate: ex sua bonitate. Ista cāpana hodie int̄m siluit q̄ ex toto cōfusa fuit. Ber. Ad hoc pecatis expauit tota machina mundialis et fere in antiquū chaos redacta sunt vniuersa. Unū etiā p̄hi videntes eclipsis solis contra naturā fieri perirent: aut ordo nature puerit̄: aut elementa metiuntur: aut de⁹ nature patit̄ et elemēta sibi 2patiūt̄ur. D Quartū est. Q̄ tabule hodie percūtiunt. Ista autē percussio tabule representat clamorē crucis q̄ clamat iudeo rū maliciā et xp̄i innocentia. Secundo

## Sermo secundus.

representat clamore sanguinis quod clamat pro nobis et contra nos. Nam per nobis clamat perenos a patre misericordia. Heb. xiiij. Accessum ad sanguinis aspergionem melius loquenteremque Iacob. Clamat autem contra hostes terrenos Job. xviij. Terra ne opias sanguinem meum neque inueniat in te locum latendi clamoris meus. Laterem enim sanguis Christi in eorum memoria: quod non habet de eo recordationem. In eorum intelligentia: quod nullam habent meditationem. In eorum voluntate: quod nullam habet devotionem. Tertio sonus tabule representat sonum qui fuit in inferno. siquidem Christus claustra infernalia confringebat postea. Qui continxit portas ereas: et recte ferreos confregit. Angeli valenter clamabant. Tollite portas principes vestrum. Scilicet patres ubila bat. Dein atque ibi relinquebant flebant Demones vulnabat. Et sic punitus erat sonus letitium: et sonus gaudentium. scilicet esdras. Non poterat cognoscere quod vocem clamoris letitiae: et vocem fieri populi. Quarto sonus tabule representat strepitum armorum quem fecerunt iudei in captione Christi. Ererunt enim ad ipsum capienduz cum armis fustibus et laternis: et gladiis. Quinto sonus tabule fit ad exercitandum tristitia et meror. Hodie quidem ecclesia omnes sonos leticie: tacet. Et facit tristicie sonos. Nam tacet sonus capane et facit sonus tabule. Tacet lectio: et facit lamentationes. Tacet cantus leticie: et dicuntur meroris et tristicie. Et qui tu es: quod passiones aliorum sanctorum celebramus cum gaudio passionem auctum Christi agimus cum lamento. Cuius ergo est: quod alii sancti passi sunt propter se: ut scilicet per suam passionem acquirant gloriam celestem. Et ideo sus passionem ex eo gaudemus quod ad eternam beatitudinem peruenierunt. Christus autem non est passus propter se: ut scilicet gloriam acquereret quam habebat: sed propter peccata nostra delenda. Alius ergo est: quod flevit hodie sol quoniam obscuratus est. Flevit terra: quoniam contremuit. Flevuerunt sancte mulieres Lu. xxvij. Filie hierusalem nolite flere super me. Flevuerunt apostoli. Unde cantatur. Tristes erant apostoli de nece sui

domini. Flevit petrus Mat. xxvij. Egressus foras flevit amare. Flevit beatam virginem doloris gladio perforata. Flevit Christus Matth. xxvij. Tristis est anima mea usque ad mortem. Flevuerunt angeli. Ls. xxxvij. Angeli pacis amare flevunt. Flevissent si possibile fuisset deus pater videns filium suum tam ignominiose tractari. Ergo inter tot fuentes nullus dicitur gaudere. ¶ **S**extus: quod missa hodierna non habet principium nec finem: quod introitum non dicitur: nec cum benedicamus dominum finitum: ad innuendum quod est principium et finis a nobis recessit. Et etiam ille quod est in tribulacione non indiget benedictionem: sed passionem: et ideo non dicitur benedicamus domino. Non habet etiam illa missa medium: quod sacra hostia non consecratur ex eo quod vera hostia. I. Christus est hodie oblata. ¶ **C**hristum est quod circa crucem terrena flectimus: ut illum honoremus qui ter luit pro nobis illuminatus: scilicet ab herode qui ueste alba induit eum. A milibus qui ipsum spinis coronauerunt. Et a iudeis qui sibi in cruce eripiuntur: insultauerunt. Facimus etiam ipsum officium in lingua greca et latina: quod iste due lingue ipsum perficitur et adorant. Lingua vero hebraica ibi sicut: quod iudei Christum non confitentes. ¶ **O**ctauus est: quod ante crucem totaliter nos propter nimus: et postea osculumur. Ipse enim propter nos se prostravit usque ad terram successionem philippi. Semetipm eximuit formam servi accipiens. Usque ad terram habitationem Baruc. illud. Post hec in terris visus est: et cum hominibus conuerstus est. Usque ad terram per mortis beatificationem hiere. xlvi. Fortis impegit in fortis et ambo pariter cornerunt. Usque ad terram penetrationem. Eccl. xxvij. Penetrabo inferiores partes terre et inspicere omnes dormientes: et illuminabo omnes sperantes in domino. ¶ **N**on est: quod hodie ecclesia pro oibus orat. Cuius ergo est: quis hodie Christus fuit valde pius in parcendo quoniam dixit Luc. xxvij. Pater dismette illis: quod nesciunt quid faciunt. Fuit valde liberalis in largiendo: quod ad modicam petitionem dedit latronem celum. Fuit valde largus in donando: O. f.

# Sabbato sancto pasche:

qui non guttā: sed totū sanguinē, pñrā redēptione dedit. ps. Apud dñm mīa e copiosa apud eum redemptio. Ideo ecclīa ad similitudinem xpī est hodie multum liberalis i orando: et multū pia in parcendo. ¶ Decimū est: qz hodie fideles: ecclīas oēs et alta- ria sanctorum visitare consueuerunt. Cuius ratio triplex est. Prima est: qz illa talis visitatio representat visita- tionem apostolū et sanctarū mulierum que crebro sepulchrū dñi visitabant. Scda: qz xpūs hodie oēs sanctos qui fuerunt a principio mundi usq; tunc presentia literis visitauit: dum ad lym- burn descendit Luce. i. Visitauit nos oriens ex alto. Tertia rō est: qz sancti debent hodie esse liberales: qz hodie de carcere fuerunt liberati. Si quis em̄ de carcere liberaretur et ad impe- riū sublimaretur illum diē multum diligenter: et illa die multum liberalis esset. Merito igitur fideles sanctos hodie visitant: vt ab ipsis de carcere liberatis et in imperium celeste subli- matis beneficia obtinere valeant.

Sabbato pasche. Sermo. i.

**V**enit maria magdalene et altera maria videre sepulchrū mat- vlti. ¶ Magna digni- tas est septimi diei eo qz sabbatū ap- pellaꝝ qz ī eo tota trinitas requieuit. Nā pater i opere recreationis quod fuit opus infinite potētie: et attribuit patri requieuit ab omni ope qd̄ pa- trarat. filius i opere recreationis qd̄ est opus sapiētie et attribuit filio: re- quieuit in monumento inuolutis syn- done. Spiritus sanct⁹ requieuit hodie in virgine: et ceteri apli: et mulieres a gratia sōuſ sancti ceciderunt. In vir- gine aut ipsa gratia et fides firma p- mansit. Quia igit hodie rōs isepul- chro requieuit: ideo sancte mulieres frequenter ipsum visitabant: modo ut corp⁹ eius iungeret: modo ut ipsum mortuum deflerent: modo ut ipsum sublatum inquireret. Ideo dicitur in

auctoritate premissa. Venit maria magdalene rc. Circa igit seculū xpī tria sunt notāda. primo quale fu- it eius sepulchrū. Secundo qualis fuit eius sepultura. Tertio qualiter nos cū eo sepeliri debem⁹. ¶ Circa pri- mum notandum q sepulchrū xpī fuit nouū: sicut dī Wat. xxvii. Et hoc fuit triplici de cā. Primo ne crederetur q nō ipse: sed aliis surrexisset. Istā rō- nem tangit Amb. in lib. de virginib⁹ dicens. Beatus mattheus monumen- tum nouū dixit: ne ex monumento ve- teri: aliis surrexisse crederetur. Se- cundo ppter reuerētiā xpī. Istam rationē assignat Aug. dices. Sicut in vtero marie nemo ante eum: et nemo post eū fuit: ita etiam i isto monumē- to nullus ante eum nullus post eum fuit. Tertio ad significandum q qui xpī corpus vult recipere: debet habe- re nouitatem i corde. Corp⁹ quidē no- strum: mō est nouū in iuuentute: mo- do vetustum i senectute: nō odo putri- dum in morte. Spūs autē non debet taliter variari: sed debet semper i me- lius renouari. ¶ Sunt tñ quidā quoꝝ spūs est vetust⁹ per peccati ma- licia: vnde monet apls. i. Cor. v. Et purgate venis fermentum ut sitis rc. Alij sunt quoꝝ spūs est putridus per cōsuetudinē longam Johel. i. Corp- truerūt iumenta in stercore suo. Alij sunt quoꝝ spūs est nouus semper per puritatē cordis et mundiciam. vñdi- cit apls. ii. Cor. iii. Licet is qui foris est noster hō corrūpt⁹: tñ is qui intus est renouat⁹ de die in diem: talis q ha- bet istam nouitatem dignus est reci- pere corpus dñi. i. Cor. v. Epulemur in azimis sinceritatis et veritatis. ¶ Seclido sepulchrū xpī non fuit suū pprium: sed alienum: et hoc trib⁹ de causis. Primo ad ostendendum q nō debebat detineri a morte: istam ratio- nem tangit Ambro. in lib. de virginib⁹ bus di. Bene scdm litterā alienū fuit monumentum xpī: habebant tumulū qui sub lege sunt mortis: victor mor- tis non habuit tumulū: nō em ille se-

# Sermo Primus.

pulchrū mortis desiderabat q̄ de mor-  
te triūphū querebat. Idē in lib. sermo  
nū: vt qd illi sepulchrū q̄ triduo tēpo-  
ris spacio/nō tā in sepulchro mortu⁹  
iacuit: q̄ velut in lecto dormiēs queuit.  
Ipsa em̄ tēporis breuitas declarat po-  
tius somnū fuisse q̄ mortem. Scđo ad  
ostendendū q̄ nō pro sua: sed pro alie-  
na salute moriebat. Amb. Jam in aliena  
sepulchra dñs iacuit: q̄ p̄o aliena  
mouebatur salute: vt qd illi p̄pria se-  
pultura: q̄ in se propriā mortem nō ha-  
bebat. Tertio ad ostendendū suā pau-  
pertatē: sicut ei in aliena domo voluit  
nasci: et in aliena domo cōuersari: sic  
in alieno monumento voluit sepeliri.  
Mat. viii. Vulpes foueas habet et vo-  
lucres celi nidos. Filius aut̄ hois non  
habet vbi caput suū reclinet: ac si dicat  
nec in morte mea habui sepulturam/  
nec in vita mea habui nidū. i. domū in  
qua possem cōmorari: nec in natuuita-  
te habui lectum in qua matre mea po-  
tuerim reclinari. D Tertio monu-  
mentū fuit grādi lapide sine lato clau-  
sum: cuius triplex est ratio quorū due  
principaliter sunt litterales tertia est  
mystica. P̄ia est ne ip̄e locus bestiis  
esset apertus. Secundā rōnem tangit  
glo. di. aduoluit sarcum magnum ad  
ostiū monumenti: vt nō posset aperiri  
sepulchrū sine auxilio multorū. Ter-  
tia rō est mystica. p̄ hoc em̄ iſinuatur  
q̄ illi q̄ corpus xp̄i debet suscipere de-  
bent esse clausi/ne pct̄ in eōp̄ corda  
possit intrare. Sunt aut̄ quattuor  
sara q̄ ad cor debent aduolui ne pct̄  
possit intrare. vt dicit Ber. s. pudor: ni  
mor/dolor/et amor. Multī enim sunt  
q̄ propter pudorē hoīum dimittūt pec-  
care. Alii sunt q̄ cessant a pct̄ ppter  
immēritatē doloris quā habet de ip̄is  
pct̄. Alii sunt q̄ vitāt peccare ppter  
timorē pene eterne ne ip̄am incurrāt.  
Alii ppter amorē glie ne ip̄am pdāt.  
Ista sunt quattuor sara ingentia que  
dñt monumentis cordis claudere/ne il-  
lud aliqua pct̄ possint intrare. Dicit  
tñ idem Ber. q̄ duo prima: s. pudor et  
dolor non sunt fortia multū ad resistē

dum: q̄ sepe pudor solatinū capit de  
peccatiū multitudine/dolor de aliqua  
hui⁹ mūdi cōsolatione/ validissimum  
aut̄ ad resistēdū pct̄: amor dei est vi-  
ris pct̄: impfectis vero timor sup-  
plicij. S Quarto monumentum xp̄i  
fuit monumentū iusti. i. ipsius ioseph  
q̄ erat vir iustus et bonus. vt dñr Luc.  
xxii. Voluit asūt xp̄s sepeliri nō in mo-  
numento pylati: sed iusti. Primo ad  
ostendēdū q̄ xp̄s nō requiescit nisi in  
corde iusti. vñ Amb. sup Luc. Bñ xp̄s  
in monumento iusti voluit sepeliri. vt  
habeat filius hois vbi caput suū re-  
clinet. Xps em̄ nō quiescit in aia au-  
ar: cū sit spinosus: sed nec in aio luxu-  
riosi cū sit lutosus: nec in aio supbi cū  
sit vētosus: sed in aio iusti cū sit flori-  
dus: iuxta illud Cañ. s. Lectul⁹ noster  
floridus. Scđo ad innuendū q̄ non de-  
beat amplius p̄ pct̄bus immolari:  
natus enim fuit inter duo aialia: quia  
hoies bestiales facturus erat sp̄iales  
Uixit inter peccatores vt eos iustifi-  
caret: mortuus est inter latrones. vt  
vnū lucrifaceret: sed hodie requieuit  
in monumento iusti: nō em̄ voluit am-  
plius pct̄s consortia: q̄ p̄ pct̄s am-  
plius moriturus nō erat. Ro. vi. Xps  
resurgens er moriū iam nō moriēt:  
mors illi ultra non dñabit. Tertio ad  
innuendum q̄ l̄z in hac vita sint mīti  
boni et mali post mortē: tñ p̄ se erunt  
boni sc̄z in celo: et p̄ se erūt mali sc̄z in  
inferno: et p̄ se erunt mediocriter bo-  
ni et mediocriter mali: sc̄z pueri qui  
erūt in limbo. Scđo videndū est qua-  
liter xp̄s fuit tumulatus: nā ip̄e fuit  
syndone iuolnt⁹. vt dñr Lu. xiiii. Fuit  
vnguento cōfecto ex myrra et aloes  
inunctus. vt a putredine seruaretur.  
vt habet Joh. xix. Fuit lintheis cum  
aromatibus ligatus. vt habet ibidē.  
H̄ per ista aīt significantur illa q̄ de-  
bent h̄re illi q̄ corpus xp̄i volunt reci-  
pere. Corpus ei xp̄i dicimus esse tāq̄  
cādorē eternū. Sap. vii. Cādor est eīn  
lucis eterne tanq̄ panē angelicū. p̄s.  
paneni angelorū māducauit hō: tanq̄  
carbonem diuinuz. Johānes Dama.

O. q.

# Sabbato sancto pasche:

Diuinū carbonē assumamus ut ignis eius qđ est in nobis sc̄ti desiderij assūmētes eā q̄ ex carbonē agnitiōis inflāmet n̄a pectora: et illūinet corda n̄a: est em̄ tāq̄ celeste electuarū qđ cōficit celestis vnguentariis faciēs pigmēta sanitatis: in quātū ijsk̄ corpus xp̄i est candor eternus regrit magnā mētis puritatē: et hoc signat per iyn-donē mundā. vñ dicit ibi glo. iyn-done mūda inuoluit iesum q̄ pura mente eū suscipit: in quātū est panis angelicus debet recipi cū deuota orōne: hoc significat per aromata. Apo. viij. Ascēdit fumus aromati. i. incēsorū de oōnibus sc̄torū de manu angeli corā deo: in quātū est carbo diuin⁹ debet accipi cū mēte ab oī humore vicioꝝ desiccatā: sicut em̄ ignis nō inflāmat ligna humida: sed desiccata: sic et carbo diuin⁹ nō inflāmat corda nisi q̄ iuuenit ab humorib⁹ vicioꝝ desiccata: et illud significat p aloes q̄ habet virtutē desiccationā in quātū est celeste electuarium requirit corda a cibis noctis. i. a pctis euacuata: et illud significat p myrrhā q̄ est amara: et significat cōtritionē q̄ oīa pctā expellit ⁊ euacuat. 3 Tertio videndū est qualiter debem⁹ cū xp̄o se peliri spūaliter. Dicit em̄ apl̄s Ro. vij Cōsepulti ei sumus cū xp̄o: sepulchrū aut illud in quo debem⁹ sepeliri ē ip̄a religio: in qua ip̄e religiosus spūaliter debet mori et sepeliri. Assimilari aut̄ debet religiosus mortuo quātū ad plura. 4 Primo quātū ad cēsum sicut cī mortuus nihil habet pprisi: sic et religiosus nihil sibi debet retinere: sed in cōi diuidere: slibet layc⁹ debet dicere illō Job. i. Nudus egressus sum deverteo matris mee: et nudus reuertar illuc Religiosus aut̄ debet esse nudus in ingressu: vt nihil sibi retineat: nudus in pgressu vt nihil possideat: nudus post egressum: vt nihil in morte post se relinquat. Sc̄do debet assimilari quātū ad sensum et motū: sicut em̄ mortuus priuaf sensu et motu: sic et religiosus debet esse mortuus quātū ad delectationes q̄ ad sensum carnis p̄tinent: ⁊ si

cūt mortu⁹ nō mouet motu p̄prio: sed alieno: si verus religiosus nō debet dis̄ci motu p̄prie volūtatis: sed ad lperis̄ sui superioris seu rectori⁹: ⁊ sicut mor-tuus se mouēti nō cōtradicit: sic et religiosus debet p̄lato se regēti nō cōtra dicere: sed in oib⁹ obedire. vñ dt̄ Lsa. I. Dñs apuit mihi aurē ego aut̄ nō cō-tradicō retrosum nō abli. Tertio debet assimilari quātū ad domiciliū: q̄ sicut mortu⁹ claudit in sepulchro sic religiosus debet esse clausus in claustrō et sicut mortu⁹ nō exit de monumēto nisi ad iussionē dei qñ sibi dicet. Surgite mortui venite ad iudicium: sic nec religiosi debent exire claustrū sine insiōe p̄lati: et sicut mortuus nō murmurat qñ transferit de monumento in monumēto: sic nec religiosus debet murmurare qñ transferrit de monasterio in monasteriū. Quarto maxime debet assimilari morti xp̄i: iuxta illud. Ro. vij. Si complantati facti sumus similitudini mortis illius. s. xp̄i simul et resurrectionis erimus. In morte enim xp̄i aīa fuit a corpore separata: thala et caro deitati fuerunt unite: sic in vero religioso aīa debet separari a carne sc̄z vt carni non cōsentiat in aliquo amore carnali: aīa tñ et caro debent deo esse unite aīa per amorem: caro p̄ incorruptionem vt possit dicere cum propheta: cor meum et caro mea exultabunt in deum vitium.

Eodem die. s. sabbato pasche  
Sermo secundus.



**Asciculus** myrrhe dilectus me⁹ mihi inter vbera mea cōmorabit botrus cipri dilectus mens mihi in vineis engaddi. Cañ. i. A Virgo btā in xp̄i passione multā habuit amaritudinē: ideo dicit fasciculus myrrhe ⁊ c. In sua aīit resurrectiōe multā habuit letitiā et exultationem: ideo subdit botrus cypri dilectus mens mihi in vi. enga. In cypro eīi nascit̄ vinum optimū qđ est letificatiuum. In vineis engaddi nascitur

## Sermo. ii.

balsamū odoriferū. **D**icit ergo virgo inuenit in singulis: si enim aliqua mater beata dilectus meus fuit mihi myrrha amaritudinis in sua passione: sed fuit mihi in inū iocunditatis et balsamū odo ris in sua resurrectiōe. **L**et sic p̄t̄ q̄ in verbis p̄positis duo tangunt: sc̄z amaritudo doloris quā b̄t̄ virgo habuit in filiū passione: et gaudī cordis q̄d habuit in eis resurrectiōe. **C**irca primū tangunt̄ tria. Primo magnitudo amoris: cū d̄r̄ dilectus meus. Secundo magnitudo doloris: cū d̄r̄ fasciculus myrrhe. Tertio magnitudo devotionis: cū d̄r̄ inter vbera mea cōmorab̄t̄. **C**irca primū notandum q̄b̄t̄ virgo dilexit filiū sapienter et discrete: q̄ salvationē humani generis p̄posuit p̄passioni filiū sui. **N**quis esset intime diligenter: q̄uis sciret q̄ ipse in sua passione multos dolores haberet: nūc t̄ sibi dissuadebat ipsā passionē ppter humani generis salvationē. **N**otandum aut̄ q̄ in corde virginis pugnabāt duo amores et duo dolores: duo amores et ant amor filiū: et amor humani generis. Amor filiū nolebat r̄p̄m pati. Et amor humani generis volebat ipsum pati: sed t̄ amor generis humani superauit amore filiū. Si r̄ pugnabant duo dolores. sc̄z dolor quem habitura erat de morte filiū: et dolor quem habebat de nostra perditione superauit dolorem quem habitura erat de morte filiū. **I**nde poterat dicere cum ap̄lo illud q̄d d̄r̄ d̄hi. **I**. **M**ichi vivere r̄p̄ est et mori lucrum ac si dicat: vita filiū mei: vita cordis mei est. **m**ors vero sua est lucrum generis humani. Secundo ponitur magnitudo doloris sui: cū d̄r̄. fasciculus myrrhe. **M**yrrha enim est amara fasciculus igit̄ myrrhe est collectio passionalis christi: quarū cōsideratio magnum prestabat sibi dolorē: ip̄e aut̄ dolor cābatur in ea ex rōne filiū ex ratione sui ex rōne sup̄pliū. **C**ausabatur quidē in ea dolor ex rōne sui: q̄r̄ mater erat et naturaliter dolet mater de afflictione filiū. Secundo ex eo q̄r̄ erat tota mater: cū enim dolor diuiditur in multis: minor inuenit in singulis: si enim aliqua mater filium amittit: dolorē suū cū patre cōdūdit. **E**t ideo talis dolor ex tali diuīsione quodāmodo minuit. **V**irgo aut̄ beata cū nullo dolorē suū diuidere potuit: q̄r̄ null⁹ pater ibi erat. Tertio ex eo q̄r̄ erat vnic⁹ matri: si aliqua mater filiū perdidit cōsolationem accipit q̄n̄ alios habet vel habere sperat. **v**irgo aut̄ maria nullū habebat aliū: nec se habere sperabat. **U**nde poterat dice re illud. **I**. **R**eg. i. **S**icut mater vnicum amat filiū: ita te diligebā. Quarto ex eo q̄r̄ p̄sens erat ad videndū: q̄n̄ aliqua mater audit filiū suū mortuū multum dolet: sed q̄n̄ horribili morte ipsum audiuit fuisse occisum: magis dolet q̄n̄ vero ante oculos suos videt filiū suū occidi maxime dolet. **V**irgo igit̄ beata immenso dolore vulnerabāt: q̄n̄ videbat filiū suū occidi et horribili morte necari: et ante oculos suos hec oīa fieri. Quinto ex eo q̄r̄ erat adiuuandū impotens: magna cōsolatio est alicui matris q̄n̄ filium suū in sua morte osculari et amplexari et adiuuare potest. **H**ec autem in nullo filium suū poterat tūc adiuuare: audiebat enim eum stire et non poterat ei potū porrigerere: videbat ip̄m vulneribus plensi: et nō poterat vulnera alligare: cōspiciebat ip̄m sanguine plenū et nō poterat linctheo extergere: videbat ip̄m male captum teneri et ip̄m nō poterat liberare: videbat ip̄m caput male tenētem et nō poterat sustentare: videbat ipsum in cruce flentē et nō poterat lachrymas extergere: videbat ipsum expirasse et non poterat amplecti nec osculari: videbat sanguinem in terra affluere et non poterat recolligere: et ideo poterat dicere illud. **I**. **R**eg. i. **M**ulier infelix nimis ego sum. **S**erto ex eo q̄r̄ nūl lum habebat adiutorium: q̄r̄ oīs apli eam reliquerat: ideo nō habuit nec ipsa nec filius adiuuantē in tribulatiōnibus illis. **E**ccl. li. **R**espiciens erā ad adiutoriū hoīm et nō erat nec aliquē cōpatientē. **P**s. Sustinui q̄ simul con tristat et nō fuit: nec aliquē consolatē.

O. iiii.

## Sabbato sc̄tō pasche. ser. ii.

Unde sequit̄: q̄ cōolaret et nō inueni  
Sc̄ho causabat ille dolor in ipsa: rōne  
filiū: multum ēm̄ dolet mater q̄n amittit  
filium bonū et sapientē: et sibi in oī  
bns obedientē: ipsa vero amittebat fi-  
liū: de quo ipsa dicit. Ego m̄r pulchre  
dilectionis et tumoris et agnitionis et  
sancte spei. Amittebat quidē filiū ma-  
trem tā dulciter diligentē: ideo dicit.  
Ego mater pulchre dilectionis: filium  
matrē tā humiliter reverentē et filia  
liter timentē: ideo subdit. et timoris  
filii in cruce matrē tā feliciter agno-  
scēntē: ideo subdit: et agnitionis: filiū  
erga matrē tam piū et clementē: ideo  
subdit: et sc̄tē spei. **D** Tertio causa-  
batur ip̄e dolor rōne supplicij: videbat  
ej̄i filiū suū pati penā ignominiosam  
qz inter duos latrones tāb̄ latro fuit  
positus/penā acerbā in locis neruosis  
et marinis sensitiis fuit vulneratus  
et p̄foratus/penā diuturnā: qz ab illa  
hora noctis qua capt⁹ fuit usq; ad ho-  
ram nonā/qua expirauit in supplicijs  
et doloribus semp fuit/penā iniustam  
qz sicut d̄r. i. p̄e. ii. Pct̄m̄ non fecit nec  
inueniens est dolus in ore eius. Et qz vir-  
go beata fuit tanta amaritudine ple-  
na poterat dicere: illud Ruth. i. Nevo-  
cetis me noemi. i. pulchrā: sed vocate  
me mara. i. amarā: qz amaritudine re-  
pleuit me op̄s. **E** Tertio ponitur ma-  
gnitudo sue deuotiois: cū dicit. Inter  
vbera mea p̄morabil. In alia tria sunt  
vbera: sc̄z memoria/intelligētia/et vo-  
luntas. Inter ista tria vbera bta vir-  
go istū fasciculum myrthe. i. collectio-  
nem penarū filij sui portabat. In me-  
moria per continuā recordationē. In  
intelligentia per assiduam meditatio-  
nem. Et in voluntate per mellifluam  
deuotionem. Sc̄ho ponitur magnitu-  
do gaudij quod ipsa habuit de filio in  
resurrectione: cum dicitur botrus cy-  
pri. **F** Non solum autem de hoc ipsa  
gauisa est: sed etiam omnes creature  
sc̄z superiores: et medie: et inferiores.  
Superiores. i. angeli gauisi sunt pro-  
pter nostram redēptionem, ppter suā  
reparationem: et ppter xp̄i glorifica-

tionem: ideo dicit̄ Zoh̄e. iij. In illa die  
stillabunt montes dulcedine: et colles  
fluunt lac. Eccl̄i. addit et mel. Lac est  
dulce et mel est dulcius ducedo cōp̄e  
hendit omnem rem dulcē. Mōtes iḡi  
turet colles: i. angeli maiores medio  
cres et minores afficiuntur dulcedine  
magna: de nostra redēptione maio-  
ri/de sua reparatiōne maxima/ de sua  
glorificatione. **G** Secundo gauise  
sunt medie. i. homines. Unde prophe-  
ta dicit. Hec dies quā fecit dñs exulte-  
mus et letemur in ea. Debent oēs ho-  
mines in xp̄i resurrectione multū ga-  
dere: qz p̄ suā resurrectionē facti sunt  
angelorū cōcives et socij: vnde sup̄ il-  
Ind 2 Mat. vlt. Nolite expauescere. Di-  
cit Greg. Uos aut̄ cur expauescitis q̄  
vestros p̄cives videtis. Facti sunt frā-  
tres xp̄i: vnde post resurrectionē suā  
xp̄s ap̄los fratres vocavit: dicens. Jo-  
han. xxx. Vade ad fratres meos rc.  
Facti sunt in alia et corpore glorificati  
Nam modo in alia stolam felicitatis  
accipiunt in futuro aut̄ in corpore sto-  
lam immortalitatis habebunt. Propter  
ista tria dicitur hester. viij. Judeis id  
est sanctis deum confitentibus et lau-  
dantibus noua lux oriri visa est: gau-  
diū honor et tripudium. Habebunt  
eū magnum gaudium de angelica so-  
cietate: honorem immēsum de xp̄i fra-  
ternitate: et magnum tripudiu de cor-  
poris et aic felicitate. Tertio gauise  
sunt creature inferiores. i. sc̄i patres  
in symbo positi qui erāt ibi in magna  
desolatione: et propter locum: qz erāt  
in loco infimo qui debebant esse in lo-  
co supremo. i. in celo: et propter dam-  
num: qz erant in caligine inferni q̄ de-  
bebant esse in visione dei: et ppter co-  
seruum: qz habebāt demonum vicini-  
tatem qui debebant habere angelorū  
societatē: sed hodie exultaerunt val-  
de: qz xp̄s de loco infimo eos extrarit  
et in sua ascensione eos in celum de-  
durit: suam beatā visionem eis reddi-  
rena et mundana signū est qd spectat  
ad pñvinciam mundi. Joh. iiij. Ipsi  
de mundo sunt ideo de mundo loquū  
tur et mundus eos audit. Qui loqui-  
tur vñba mendacijs maledictiois et de  
tractionis signū est qd pertinet ad p  
ñviciā inferni: qr illud est linguagiu  
dyaboli. Joh. viij. Qui loquitur men-  
daciū ex pñviciis loquitur qr mendax  
est et pater eius. **E** Tertio debe-  
mus hñt pacem in operibus nostris  
ut scz cum omnib<sup>9</sup> hoib<sup>9</sup> pacem ha-  
beam<sup>9</sup>. Rom. xij. Si fieri pot qd ex  
vobis est cu omnibus hoib<sup>9</sup> pacem  
habentes. Ista em pax ad tria vide-  
tur ēē bona. primo ex hoc multipli-  
cant bona ipsalia. hiero. Concordia  
parue res crescunt: discordia vñ ma-  
xime dilabunt. Secū do per pacem ac  
quiruntur bona spñalia: et illud dicit  
Chrys. super Johannē: qd si decem  
hoies vñanimis habitauerit: vñus  
est in decē et decem in uno: vñusqz  
ex decē animas habet: viginti ma-  
nus habet: viginti oculos et viginti  
pedes. Dicuntur autem decē animas  
habere: qr cōmunicat sibi sua deside-  
ria: et suas orationes. Dicuntur habe-  
re viginti oculos: qr cōmunicat sibi sua  
cōsilia et suas pñvicioes. Dicuntur hñt  
viginti manus: qr cōmunicat sibi sua  
opera et suas defensiones. Dicuntur  
habere viginti pedes: quia cōmuni-  
cat sibi sua opera et suas defensiones.  
Dicuntur habere viginti pedes: qr  
communicant sibi sua onera et suas  
supportationes. Tertio ex pace ac-  
quiruntur celestia. Deus em in suo te-  
stamento pacem nob̄ dimisit Joh. xijj.  
pacem relinquo vobis: pacem meaz do  
vobis. Qui igitur testamētu patris  
non seruabit: hereditatē celestē non

## Sermo secundus.

possidebit. Soli enim pacifici: quod sunt filii dei. Mat. v. Beati pacifici: quod si licet deo vocabuntur. soli autem filii dei sunt heredes dei. Romanos. viii. Si autem filii et heredes per. Et tertio Christus discipulos confortabat ipsi enim remanserant per passionem suam in multo merore: et multo timore: et multo errore: sed Christus resurgens et eis apparens. mestos letificauit. Sed unde adhuc autem illis non credentibus et mirantibus pre gaudio: timidos confortauit. Quidam enim inter eos erant qui credebat ipm esse spiritum sicut illis dixit. palpate et videte quod spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis hec. Alij credebant ipsum assumptum corpus suum: sed non veraciter sed fantastice suscitatum: id dicit. habetis hic aliquid quod manducet: fantasme enim resuscitati comedere non possunt. Alij credebant ipsum assumptum corpus alienum et non corpus proprium quod in cruce fuit confixum: istis dixit. Videte manus meas et pedes meos: quod ego ipse sum. In hoc autem quod Christus cicatrices vulnerum suorum ostendere voluit: dat nobis exemplum quod vulnera cordium nostrorum non debemus abscondere: sed ea sananda manifestare. Sed non tam quod vulnera sunt aliquantum recettaria: aliquantum iueterata: aliquantum putrida effecta recettaria curantur vinctioe sive lenis emplastri appositiore: iueterata sanantur adiustione putrida incisiore: tunc ergo vulnera pctorum nostrorum sunt recettaria quod sunt in voluntate sive in receptione. Tunc sanari possunt vnguento vel emplastro. scilicet lenis pnie remedio. Eccl. x. Languor plior grauat medici: cum: breue languore pacidit medicus. eiusdem. xxxviii. Unguentarius facit pigmetam sanitatis: et vincit vnguentum cōficiet sanitatis. Tunc vero iueterata sunt quae in longuam persistudinem sunt deducta: in quorum persona est propheta. In iueterata inter omnes inimicos meos. Et tunc sanantur adiustione. id. adiustia et pugnativa carnis maceratioe. Istam adiustionem petebat propheta dicens. Ute-

renes meos et cor meum. Tunc vero sunt putrida quae homo tardius stat in pctis quod fetet coram deo et hominibus. Ideo. Cōputruerunt intenta in sternore suo. In persona talium dicit propheta. Putruerunt et corrupte sunt catrices mee a facie insipiētie mee. Talia vulnera sanantur incisione. id. in cissiva a deo missa tribulatioe. Tunc enim sepe carnes putride auferuntur et ipsi in tribulationibus provocati a deum celeriter convertuntur. p. Multe sunt infirmitates eorum postea acceleraueruntur.

**C**hadem feria tertia post pascha. Sermo secundus.

**S**icut Iesus in medio discipolorum suorum dixit eis Pax vobis: ego sum nolite timere. Luc. xl. ista eadem apparitione plenius ponit Iohannes. ubi dicitur: cum esset sero die illo prima sabbato venit Iesus et stetit in meadow: et dixit Pax vobis. A Circum hanc apparitionem sciendi est quod per Christum passionem discipuli non credebant nec sperabant eum amplius resurrectum. Unde Christus in ista apparitione per omnes quinque sensus corporis suam resurrectionem ostendit. Primo per visum: cum dixit. videte manus meas et pedes meos quod ego ipse sum. et Iohannes addit quod ostendit eis latus. Non sine causa autem dominus voluit recipere in his tribus locis vulnera quam in hac apparitione eis ostendit. scilicet in latere iuxta cor. in manib[us] et pedib[us]: si quod est in manib[us] frigidus in amando videat latus Christi iuxta cor pectoratum et inflammabile ad amorem. Unde sponsus alloquitur sponsam dicens. Pone me ut signaculum super cor tuum ut signaculum super brachium tuum: quod fortis est sicut mores dilectionis. Si quis est tepidus in operando videat eius manus pectoratas et incitatitur ad laborem. Isa. xlix. Ecce in manibus meis descripsi te. Adhuc Christus manibus laborauit quod in cruce eas extedit. puerus. i. Extedi manus meas et non fuit qui inspiceret. Si quis est infirmus in

## Feria. iii. post pascha:

aduersa sustinēdo. s. videat eius pedes pforatos et aiabit ad supportandum: ei⁹ em̄ pedes fuerūt pforati et sanguine tincti. ps. Intinguat pes tu⁹ i sanguine. Pedes em̄ sui totū corp⁹ sustinuit: sustineam⁹ et nos exemplo xp̄i aduersa. heb. xiiij. Recogitate eū q̄ talē aduersus semetip̄z sustinuit a pctōrib⁹ et traditionē: vt nō fatigemini aīs v̄ris deficiētes. C Sc̄do manifestauit suā resurrectionē p̄ auditu cū dixit. Pax vobis. Audientes em̄ dī cipli vocē dñi: eū ad loq̄lā cognouerūt. Maxime q̄ habebat modū talē. s. pax vobis. p̄ quod daf intelligi nobis ex m̄ vt v̄ba pacis semper habeamus. Sed de multis dicit Eccl. xxviiij. Lingua tertia multos cōmouit: et disp̄sit illos de gēte in gētē. Cōtingit aliquā magnū mōstrū. s. q̄ vii⁹ hō h̄z tres linguas. Una ē lingua adulatiōis: q̄ blanditur in facie Alii est detractiōis q̄ mordet in absentia. Tertia est dissensionis que se minuat iurgia. Oēs iste lingue abscondē sunt. Pr̄ia q̄ decipit. Et a. iiij. Popul⁹ me⁹ qui bt̄n te dicūt. ipsi te decipiūt. Sc̄da q̄ inflāmat. Jo non dī aliq̄s morari neq̄ assidu⁹ eē cum talib⁹. Unde de eo q̄ cū talib⁹ conuerlat assidue. dī Eccl. xxviiiij. Ne forte assiduitate tua infamat⁹ improprietū patiar⁹ et maluisses nō nasci. Tertia q̄t̄ turbat. Eccl. viij. Calūnia eturbat sapientē imo talis lingua valde a deo odit. pr̄onerb. vij. Sex sunt q̄ odit dñs: et septimū detestat̄ alia eius. Istud aut̄ septimū est ille q̄ seminat inter fratres discordiā. D Tertio manifestauit suā resurrectionē polfactū p̄ hoc q̄t̄ iohānes insufflauit et dixit eis. Accipite sp̄m sc̄tm. Et̄ et flat⁹ erat valde odorifer⁹: q̄ ab illi⁹ pectore pcedebat: qd̄ apotheca oīm carissimū erat. In xp̄o qdē fuit mirra. i. caro mortificata fuit th⁹. i. alia deuotissima. fuit balsamū. i. deitas preciosissima. Ille igit̄ flat⁹ habebat odorem myrhe: in quantum pcede

bat a carne mortificata. habebat odorem thuris in quantum procedebat ab anima deuota. habebat odorem balsami in quantum procedebat a deitate preciosa. E Quarto manifestauit suā resurrectionē per gustum: quia obtulerunt ei partem piscis assati et fauum mellis. In fauo est cera et mel. per pīcēm et satum intelligitur eius caro in cruce assata. per mele eius deitas dulcissima. per cera eius anima lumine sapientie plena. Illi igit̄ comedunt pīcē assatum: qui delectantur circa eius passionem. Illi comedunt mel: qui delectantur in eius deitate. Illi comedunt mel cum cera qui delectantur in deitate beata et in anima gratia plena et veritate. f Quito manifestauit resurrectionē suā per tactū. Unde dixit. Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Et Jo hannes dicit q̄ prebuit palpāda sua vulnera cum dixit Thome. Infer digitum tuum huc: et vide manus meas ec. Christus enim seruat cicatrices vulneris suoꝝ et ratione sui et ratione nostri. Ratione sui vt secū semp deferat insignia sue gloriose victorie. Unde dicit Beda supra Lucā. Miles in prelio fortiter agens et victoriā obtinens multis vulnerib⁹ confessus est. Dicit ei medicus. Uis sanari sine omnī cicatrice: sine omni deformitate: puto q̄ in signū victorie sue cicatrices seruaret. Ille enim cicatrices sunt in christo non in deformitatem: sed in magnā pulchritudinem. Unū dicit Chry. q̄ cicatrices in christo sunt radio solis lucidi ores. Sicut em̄ honor est militi de prelio reuertenti deferre scutum fractum: sic honor est xp̄o deferre secū sue victorie gloriosum triumphū. Unde dicit sup Luc. Nō ex impotētia curandi cicatrices fuauit: sed vt ppetiuꝝ victorie sue circuferat triūphū. Secundo fuat cicatrices vulnerꝝ r̄ce nos: vt sc̄z eas p̄ nobis patri repen-

## Sermo. II.

tēt et ipm nobis reconciliet. **S**i catricum enim representatio est quēdam pro nobis apud patrem intercessio. Sicut miles tacens ab imperatore impletat quando vulnera q̄ pro ipso recepit sibi demonstrat. Unde legitur in historia scholastica q̄ antipater ydume⁹ pater magni herodis in quodam prelio in servitio imperatoris vulnera multa suscepit. q̄ tandem ab emulis accusatus et ab imperatore citatus: reiectis vestib⁹ dixit. Ego cesar nolo me excusare a pud te si ego diligo te. sed ista vulnera que recipi pro te loquantur p̄ me Tunc imperator placatus in gratiā suam ipsum recepit. Sic et christus vulnera patri ostendit vt insinuet q̄ tum nos dilexit: et q̄ care nos emit ut sic ad misericordiam patrem inducat. Unde beatus Anselmus assumentis illum versum. Respice i facie xp̄i tui dicit acsi dicat propheta. Si non vis pater respicere in nos respi ce in filium tuum qui tam care emit nos. Bernardus. Securū habemus accessum ad patrem vbi mater ante filium: filius ante patrem: mater ostendit filio pectus et vbera filius ostendit patri latus et vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa vbi tot occurruunt charitat̄ isignia. Ex his

igitur patet q̄ christus per omnes corporis sensus manifestauit suam resurrectionem. Ipse enī filius dei resurgens a mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur id ē faciat nos resurgere a peccato. faciat mori sine peccato. faciat vt ultra non dominetur nobis peccatum vt sic a peccato resuscitati: peccato mortui a peccato liberi. b ista prima resurrectione a culpa peruenire mereamur ad secundam resurrectionē in gloriam. Ad quam meritis gloriose virginis et precibus matris sue et beati dominici patris nostri ipse filius dei nos perducat. Qui cuz p̄ tre et spiritu sancto regnat per infinita seculorū secula. A M E N.

**C**sermones quadragintaales temporis necnon sanctorū per totius anni circulū reuerendissimi dñi Jacobi de voragine sacre theologie professoris ordinis q̄ sancti domini ci finiunt feliciter.

# Sermo de passione.

Incipit sermo de passione domini nostri iesu christi.

**U**o abiit dilectus tuus o pulcherrima mulieruz. Canti. v. In oī ope tuo so et maxie sc̄tē pdicatio nis q̄ e op̄ diuinū ange licū et apostolicū implorāda est grā tia spiritus sancti sine qua nullū rite fundatur exordiū. Et qr̄ huiusmodi ḡte teste angelo beata virgo est inuenitrix. Inuenisti inq̄t grā apud deū. Luce. ix. Cōsuetū est in alijs ser monib̄ ad ipsā virginē gloriōsā re currere pro grā impetrāda: qr̄ vero ipsa hodie est valde afflita et mirabilē desolata ppter dolores derisiōnes: exprobationes: alapas spuma spinarū punctiones: dura v̄ba: et horreda mortis supplicia: q̄ hodie vnic⁹ fili⁹ su⁹ a iudeis sustinuit. Iō non cōfuerit ecclesia eā hodie ḡelicā salutatione implorare: et merito. si enī dice rem⁹ cidez. Ave grā plena. R̄ndere posset. Verū ē qr̄ fui tripli grā plena. s. corporali q̄ ē gl̄ia mee v̄ginitatis in carne mea. spūali. s. abūdātia v̄tu tū et donoz spūstācti ī mēte mea. singulari sc̄z p̄ficia diuinitatis. ix. mensium spacio ī v̄tre meo. Sz iā oī grā sūlū vacuata p̄ mortem filiū mei dulcissimi qui michi erat a mor vnicus v̄ta aie mee gaudiū singulare et oīz diuinitatū desiderabilium thesaur⁹. Si v̄o dixerim⁹ eidē dñs tecū. R̄ndere poterit verum est q̄ deus pater me cūerat: qr̄ ego sponsa eius vnicū habens secū filiū cuius ipse ē p̄t̄ etnus ego vero mater electa mecū dñs filius qui de me substantiā sue humiliatis assumpsit mecū spūssanc⁹ q̄ et siam et corp⁹ meū itm̄ sc̄tificauit ut digna esse redēptore et creatore munidi de meis visceribus gñare: sed iā ilū pdidi: et a me est longius separat⁹ quē sine dolore pepi: quē pānis inuoluī: quē virgineo lacte lactani: quez tenerrime educaui: quem meis brachīs frequēter et studiose baulauī quem in egyptum transuexi; quem

tantopere dilexi: hinc quippe meū iam habeo: sed inter manus unimicorum cerno: sciens eū sustinere penā ignominiosam sc̄licet penam latronum dolorosam: quia in toto corpore fuit vulneratus. acerbani: quia in locis neruosi fuit transfixus. continuam: quia a media nocte durauit usq̄ ad suā mortem. iniustam: quia sine causa fuit condēnatus. vituperatus. de honestatus: et imperfectus. Si autem diceremus eidem. Benedicta tu in mulierib⁹. i. super omnes mulieres. Repondere poterit q̄ ali quando ad supremū gradū bñdictio nis p̄ cūctis illis mulierib⁹ pueni: qr̄ fui simul parē et v̄go m̄ et filia ple na filio dei: et vacua semie virili: nūc at tāta bñdictiōs sūlū p̄uata et dolore maledictiōis p̄fie mulier̄ supra modū repleta. Si v̄o dixerimus eidēz. Bñdict⁹ fruct⁹ v̄etr̄s tui. R̄ndere poterit versiē q̄ bñdict⁹ fruct⁹ v̄tr̄s mei cui⁹ bñdictio tanta fuit q̄ odore eius patrē recōciliauit: sapor demo nes de mōdo eiecit: spēs ei⁹ totū mū dū repleuit. Nūc aut cū h̄qs deputat⁹ ē vt dī Eslay. liij. Et maledict⁹ oīs q̄ p̄det i ligno: vt dī Deut. xxii. Ego iḡt̄ ait v̄go btā dolore afflictissima ad quē deinceps refugia et q̄s mihi restituet lumen oculoz meoz: gaudiū cordis mei: coronā meā vt iuenire q̄ am aliquā solationē. Ipsa iḡt̄ sc̄bz ecclie representationē nūc ē dolore affli ctissia q̄ v̄berrie flēdo oīa q̄ xp̄s cor palr patif i corde suo reponit: et oīg plagas q̄s videt i xp̄i corpe se reuocat et sigillati mēte: sicq̄ exitijs p̄ do lone vulneraē et cruciaē p̄ nimio amo re. Nō ē iḡt̄ zueniēs vt sibi iā p̄sēte mō salutationē ḡelicā q̄ singularez et leticie matiā Sz nū hilomin⁹ p̄ grā ipetrāda ad p̄rez mie mētes no stras deuotius erigamus dicentes sinceriter. pater noster tc.

**Q**uo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierum. Canti. v. v̄ba ouigialr hñt̄: et p̄ eo

## Sermo de passione.

temptatione tati mysterij passionis  
sc̄ iesu xp̄i dñi nři assumunt q̄ sunt  
verba sapientis prophetico spū oli pa-  
sionē ip̄am p̄cognoscētis et in p̄sona  
cuiuslibet aie deuote alloquētis vir-  
gine glorioſā et dicētis. Quo abiit di-  
lect⁹ tuus tc. Ipsa quidē mater xp̄i  
fuit pulcherrima mulierū et hoc q̄stū  
ad corp⁹ qđ nunq̄ alia mulier habu-  
it formosius: et q̄stū ad animā quam  
habuit pre cūctis aliis gr̄a plenam.  
Ait ergo aia deuota ip̄i viginī glo-  
se: quo abiit dilectus tu⁹. nō em⁹ quis  
piā de illo q̄rere d̄z a petro: q̄r hodie  
ip̄m ter negavit. Math. xxvi. Neq;  
a iuda q̄ eū pditioſe tradidit. Mat.  
xxvi. Neq; a iohāne q̄ fm expositio-  
nē quorūdā fuit ille de q̄ legit Mar.  
xiiij. Qui relictā syndone nud⁹ auſu-  
git. neq; a disciplis: q̄r relichto eo oēs  
fugerūt. Mat. xxvi. Neq; ab āgelis  
q̄r scriptū ē Eſa. xxxij. Angeli pacis  
anare flebūt: fletu. s. cōpassionis vi-  
dētes maximā penā quā creator ip-  
soꝝ iuste sustinebat. Queram⁹ ḡ ab  
ip̄sa virgine glorioſa i qua sola fides  
remansit: et dicam⁹ illi. Quo abiit di-  
lectus tuus tc. Et licet nobis r̄nde-  
re nō valeat ppter passionis filii sui  
ignominia et mortē crudelissimā: p  
fundissima suspiria: amarissimos ge-  
mitus: et lachrymarū suarū inundat-  
issimos fluctus. addam⁹ tamen sue  
resurrectionis leticiā q̄ ipsa piissima  
vgo oculos suos lachrymus cōper-  
tos ad filios parisper auertere et ad  
nos conuertere dignetur dic igitur  
obsecram⁹ quo abiit dilectus tuus.  
tc. Respōdet. p̄mo ad ultimā vite  
p̄ntis refectiōnē. Sc̄do ad tolerādā  
crudelē i orto ligationē. Tercio ad  
pluriū iudicū iūiquor⁹ p̄ntationem.  
Quarto ad cause innocētis puersaz  
decisionē. Quinto ad sentētiē mortis  
in crucis patibulo executionē. Sex-  
to ad sui corporis in alieno monumen-  
to repositionē. p̄mo si q̄raf a bīā  
virgine quo abiit dilect⁹ tc. R̄ndet  
q̄ abiit ad ultimā vite tc. Circa quā  
refectionē euangeliste referunt tria

antecedētia. tria cōcomitātia. et tria  
subsequentia. Tria quidē antecedē-  
tia fuerūt passionis et tribulationis  
xp̄i prenunciatio p̄ncipis sacerdotis  
et scribar̄z consultatio: sceleris vni⁹  
apostolorū occasio. De primo sciens-  
dū q̄ ad ostēdēdū q̄r xp̄s voluntarie  
sustinuit passionē et nō coactus fū il-  
lud Eſa. liij. Oblat⁹ est q̄r ip̄e voluit  
ipsam pluries p̄nūciavit discipulis.  
vnde cū prescribet eam poterat evita-  
re et ad alia loca accedere non solun-  
gūt mortē ipsam ac gen⁹ mortis sed  
et diē p̄dixit. Habet ei Mat. xxvi. q̄  
dixit discipulis suis. Scitis q̄r post  
bidū p̄ascha fiet: et filius hois tra-  
def ut crucifigat. si intelligat de bi-  
duo integro hoc dixit feria tertia an-  
te passionē. Sivero de biduo sumen-  
do partē p̄ toto: potuit et hoc esse fe-  
ria quarta. Nota p̄ascha fiet id est  
comedef agnus p̄aschalis q̄ fū legē  
erat imolādus et comedēd⁹ post ve-  
sperā. vt p̄z. Exod. xiiij. ob memori-  
am bñficij recepti a deo tali nocte:  
qñ sc̄ agno imolato i egypto a filiis  
israel et imperfectis priuogenitis om-  
niū egyptiorū ab exterminatore ipsi  
iudei illesi egressi sūt de fuitute pha-  
raonis et figurā passionis xp̄i agni  
immaculati que inchoata fuit in tali  
nocte p̄ quā israelite. i. veri fideles  
liberantur de seruitute dyaboli occi-  
sis vicijs saluiq; fiunt si tñ sanguine  
agni liniti sunt post es dom⁹. i. fides  
passionis habeat in mēte et ope. No-  
ta filius hois: id est virginis tradef  
ut crucifigat. Fuit autē traditus a  
deo p̄e ipsum ad mortem exponen-  
do et pernuttēdo ppter nimia erga  
nos charitatē. Rom. viij. Qui p̄po  
filio suo nō pepercit sed p̄ nobis tra-  
didit illuz et Joh. iiij. Sic de⁹ dilerit  
mundū ut filii suū vñgenitū daret.  
Traditus ē a seipso ad infi redēptio-  
nē. Ephe. v. Dedit semetipsum p̄ no-  
bis oblationē deo in odore suauitas.  
Tradit⁹ ē a iuda scariothis ad  
ausaricie satisfactionem. Luce. xxij.  
Accepta pecunia q̄rebat oportuni-

# Sermo de passione.

tatem ut eum traderet: scilicet iudeis. Traditus est a iudeis pylato ob iniudicem infectionem. Mat. xxvi. Sciebat enim quod per iniudicium tradidissent eum. De secundo scilicet de principiis sacerdotum et scribarum consultatione habetur. Math. xxvi. Tunc scilicet illa die qua Christus dixerat illa prophetae congregati sunt principes sacerdotum et magistrorum quodammodo officiales in atrio principis sacerdotum quod dicebatur cayphas ubi scilicet de captura factum precium per predictorem postulatum et pactum circa hoc firmatum. Congregati igit sunt ad consilium faciendum et tractandum ut Iesum dolo tenerent et occiderent. alias caypha dante consilium de creuerant eum occidendum. Nunc querit de modo capiendi diligenterne euaderet unde dicunt. Non in die festo scilicet hoc faciamus sed capere eum. Et ostendit euangelista quod hoc non dixerunt ex reverentia ad festum: sed ne extraheretur de manibus eorum a populo unde subditur. Ne forte tumultus fieret in populo. horum consilium vel potius conspiratione preuidens Iacob patriarcha de testatus ait. Symeon et Ieremi propheta in iniqtas bellatis: in conciliu eorum non veniat alia mea neque in cetero eorum sit gloria mea: et ratione assignans subdit. quod in furore suo occiderunt virum. et postea maledictus furore eorum. quod pertinax. et indignatio eorum. quia dura. Sen. p. de tribu Ieremi certum est fuisse sacerdotes de tribu Symeon dicit plurimos ex scribis descendisse scribere quod fuerunt principales in concilio de morte Christi quoque mentes fuerunt inique bellantes contra Christum quod non ex ratione. sed furore et iniudicio tractauerunt et procurauerunt virum id est Christum totum virtuosum occidi. Furore eorum fuit pertinax. quia cum pylatus eum vellere liberare ut innocentem pertinaces erant in clamando crucifixatur. De tertio. scilicet de sceleris iudee occiditione habet. Mat. xxvi. Cum autem esset Iesus in Bethania in domo Symonis leprosi. tc. vides ibi. Amem dico vobis

bis ubi quis predicatus fuerit. tc. Quae vincit facta Christus iudei murmuratio hic ponitur. non quod die scilicet iudeorum fuit facta immo sabbato procedenti. ut per Ioh. xii. Sed forte isto hic annexa est narratio huius quod illud fuit occasio accepta non data iudeis ad predictionem faciendam: Nam ut dicitur glo. xiiij. q. i. Judas consueverat furari decimam pretium eorum quod si bi dabat seruanda et vnguentum illud effundere volebat vidi cuius precium erat. ccc. de nario. horum decima pars erat. xxx. Quia igitur non potest furari decimam pretium: quoniam videntur non fuisse quod si volens reciperare danum sibi secutus. xxx. deniarum argenteis fecit predictionem: unde ipse Iudas prius sacerdotes congregatos ad tractandum de capture Christi. irate in eum sat thana ut dicitur Lucas non quod est per veracitatem corporis sed nouum malicie effectum accessit ad congregatos in concilio dicens. Quid vultis mihi dare et ego vobis eum tradam: O vocem temerariam presumptio plena. oim dominus cui oia tradita sunt a patre eterno tamquam esset sub sua protectione promittit se illis traditur. Unde dicitur Quid vultis. tc. O vox omnis pena dignissima: dominus et magistrum suum quod ei tot beneficia contulerat: ad dignitatem suam aplatus vocauerat ad predictandum et faciendum miracula cui alijs miserat. suum procuratorem constituerat: et nunc eum videntem exponit: acut vile macipium precium in epatorum voluntate proponit dicens. Quid vultis. tc. hec sine est doctrina quam tradidit magister optimus. Ipse te docuit prophetalia et epiphany: neminem ledere: primus per posse iugare: et tu nunc per auariciam inocentissimum predictum et ad morte traditis dicens. Quid vultis. tc. At illi iudei congregati hoc audito gaufisi sunt dantes ei. xxx. argenteos per hoc operem. Sicque impleta est figura quod habebat. Sen. xxvij. de Joseph iudee perfectissimo quod fuit videntur. xxx. argenteis suggeste iudea fratre suo. et traditum in manibus israelitarum ex zelo iniudicis non daretur eis. Sed sicut Christus accidit eis quod iterum debat: quia per hoc ille exaltatus est adoratus et vocatus saluator mundi

# Sermo de passione.

ita et iesu per istam traditionem in mandib⁹  
getili⁹ et passione de⁹ exaltavit eū et  
dedit ei nomē qđ ē sup oē nomē ies⁹  
qđ interpretatur saluator et in nomine Iesu  
oē genu slecta⁹ et spopōdit iudas fa-  
cere pditionē recepta pecunia. Exi-  
de qđrens oportunitatē tradendi cui⁹  
esset sine turbis in qđ ope sceleratissi-  
m⁹ iudas ppetrauit no⁹ solū pditionē  
et plagiū sed et sacrilegiū et symo-  
niā vēdēdo xp̄m fontē om̄is gr̄e. vñ  
Gregor. nazāzen⁹: iudas oīm redē  
ptore vendidit. mox laqueo suspē⁹.  
tandē gratiam redēptionis nō ob-  
tinuit: et merito qđ nō potest reti-  
nere quod vendidit. i. q. i. qui studet  
vbi etiā notandum qđ ait Beda sup  
Marcū Multi hodie iudei scelus: qđ  
dñm ac magistrū deumq⁹ suū pecu-  
nia vēdiderit: velut imane et nepha-  
riū scelus horrēt: nec tñ cauent. Nā  
cū pro munieribus falsum cōtra ali-  
quē testimonium dicunt: profecto qđ  
vīratē p pecunia negāt deū pecunia  
vendūt: ipse enī dixit. Ego sū vītas  
et cū societate fraternitatis aliqua di-  
scordie peste cōmaculat deū prodūt  
qđ de⁹ charitas ē maxime cū nō infir-  
mitate vel ignorātia peccat: s̄z in si-  
militudinē iudei qrunt oportunitatē  
vt virtutē crimie mutēt. xij. q. i. q. abi-  
it et de cose. di. iij. ieunia. Dicis qđ fe-  
ria quarta iudas traditionē dñi co-  
gitauit. i. tractauit. Unde antiquis  
tali die ieunium seruabat ut p̄z in. d. c.  
ob reuerentiā passiōis. nūc aut̄ loco  
hui⁹ a plurib⁹ tali die carnes nō co-  
medūtur: non ex precepto sed ex de-  
votione. Quantū ad ipsam christi ul-  
timā refectionē et eius concomitan-  
tia vt habef. Mat. xxviij. prima die  
azimorū id est feria quinta qđ dñs p̄ia  
azimorū: quia in sero illius diei cum  
agnō comedebant azima non fermē-  
tatu qđ postea seruabat per septem  
alios dies sequētes qđ dicebat dies  
azimorū accesserūt discipuli ad iesuz  
dicentes. vbi vis parem⁹ tibi comedere  
pascha. i. agnum paschale qđ f̄z le-  
gem ab oibus iudeis debebat come-

di: et qđ xp̄s cū apostolis domū p̄paz  
nō habeat: ideo qđ runt de loco deter-  
minato. Tūc xp̄s vt habetur Luce  
xxii. misit petrū et iohānē. petrū vt  
magis diligētē. iohānē vero vt ma-  
gis ceteris dilectū: dicēs eis et dās si-  
gna. Ecce itrofūtib⁹ vobis in ciuita-  
tē occurret vobis hō aphorā aq̄ ba-  
iulās. seqmūnū eū i domū i quā intrat  
et dicite patrifamil. dom⁹. Dicit tibi  
magister. Ubi ē diuersoriū. i. loc⁹ se-  
cret⁹ vbi māducē pascha. i. agnū pas-  
chale cū discipulis meis. Et oñdet vo-  
bis cenaculū magnū stratū. i. aulam  
et ibi parate sc̄z necessaria nobis no-  
luit aut̄ xp̄s nominare holem ne se-  
cūdū Chry. Judas audiēs ordina-  
set eū ibi capi ante horā statutā. eun-  
tes ḡ et inueniētes oīa parauerūt que  
oportebat. In quo cōmūo sc̄tō nota-  
tria qđ xp̄s e git. Pūmo agnū pascha  
le comedit sc̄tō pedes discipulorum  
lauit. tertio sacramētū eucharisticē i  
st̄tuit. Quantū ad tria subsequētia  
sciendū qđ hec fuerūt: discipuloz per-  
turbatio dulcis eorūdē exhortatio:  
et ḡraz redditio. De primo habetur  
Mat. xxvj. vespere aut̄ facto discū-  
bebat cum. xij. discipulis suis et edē-  
tib⁹ illis sc̄z in fine cene dixit. Amen  
dico vobis qđ vñus vestrū me tradi-  
tur⁹ est: et cōtristati valde ceperūt sin-  
guli dicere. Nūqd ego sū dñe: q. d. qđ  
vñus cōscientia nos nō remordeat de  
cogitationē tanti sceleris: tu tamen qđ  
nosti occulta cordū indica vt tñ ne  
phas impediaſ. Judas aut̄ ne tacen-  
do se suspectū oñderet ait. Nūqd  
ego sū rabi: Cui xp̄s. Tu dixisti. qđ  
nō ē intelligēdū. q. d. tu dicas verita-  
tē: qđ tu es ille. sic enī illū manifestaſ  
set alijs. Sz tu dixisti. i. tu hoc dicas  
ego nō dico qđ tu sis: et subdit. Qui in-  
tigit meclī manū i parapsidē hic me  
traderet. ve aut̄ hoī illi. s. eternē dāna-  
tiōis p quē trādar ego. Meli⁹ fuisset  
hoī illi si nat⁹ nō fuisset: qđ si mortu⁹  
fuisset i vñlo m̄ris ad lymbū descēdis-  
set sz nat⁹ pp̄t hoc flagitiū non peni-  
tens descendet ad infernū vel etiā qđ

# Sermo de passione.

esse meli<sup>9</sup> est q̄ nō esse tñ non esse vi-  
deſ meli<sup>9</sup> q̄ male eſſe. q̄ priuari ma-  
lo h̄z rationē boni. ideo meli<sup>9</sup> ei eſſet  
ſinat<sup>9</sup> nō fuſſet etiā i vtero. idest si  
nō fuſſet. Ex hiſ tñ p̄b̄is nō fuſſet pdi-  
tor maniſtata<sup>9</sup> q̄ ōes ſimul impige-  
bāt in vno catino vbi erat ſaccus la-  
ctucarū agreſtiū vt ſalſa ſecūdū mā-  
datū legiſ in quo oñdīt q̄ptū peccata  
occulta nō debeat alijs itimari. Ubi  
Aug. iij. q. i. ait. vñ<sup>9</sup> ex vobis me tra-  
diturus ē. Benedixit ex vobis nō ex  
nobis. Ex vobis ei eſſt a quibus per  
iudiciariā potestate cōfelliſ aut con-  
uict<sup>9</sup> excluſiſ non eſſt: a mevero qui  
nulli<sup>9</sup> egeo argumētiſ et oia certiſ-  
ſime noui ſeparat<sup>9</sup> t dñiſ<sup>9</sup> eſſt. Tale  
eſt ac ſi dicereſ. Et ſi ego p occulti in-  
dicū ſniā dānatū habeo. vos tñ il-  
lū p tolerantiā ſuſtinetē: hec ille. pe-  
tr<sup>9</sup> aut̄ zelo magiſtri ſcire cupiēs p-  
ditorē. q̄ ſi cognouiſſet eū occidiſſet  
aīt. Chry. nō audēs ipſe p ſe ſubmi-  
tit ſociū ſcz iohāne euāgeliftā vt q̄-  
rat ab eo de pditore. Cui iohāni q-  
renti q̄s eſſet. Christ<sup>9</sup> ſuſmiffē rñdīt  
ita vt alijs non audirēt. Ille eſt cui in-  
ſincaſ bucellā dederō. P. da. O i-  
cōparabilē virū: pſert xps verbū in  
mediū tacet totus ſenatus apostolo-  
rū. Iohāne ſol<sup>9</sup> conſultor a ccedit.  
Dicit aut̄ iohāne recubuiſſe in ſinu  
vel ſupra pectus iefu quo ad litterā  
q̄ cū iuxta eū ſtaret in mēſa vel eco-  
tra inclinauit iohāne caput ſuū ſup  
pectus iefu vt ſcreti<sup>9</sup> loqref. Mifſi-  
ce aut̄ dabat intelligi fm Bedā q̄ d-  
ñiſi pectoris fonte vbi ſunt theſau-  
ri ſapiētie dei abſcōditi potād<sup>9</sup> erat  
quo eructaret illud diuinū mysteriū  
In principio erat verbum. Et cū ie-  
ſus intixiſſet bucellā iude porrexit t  
poſt bucellā introuit in eū ſathanas  
nō qđē de nouo. iā enī itrauerat ſed  
p nouū effectū malicie vt qđ cocepe-  
rat eructioi mādaret p pditionē.  
Nō fuſſet bucellā iſta ſacramētu iā ei  
dederat: ſz figura ei<sup>9</sup> q̄ indigne acce-  
dit. Augu. de cōſe. diſt. ij. Sicut cuſ  
bucellā tradidit ei xps nō malū acci-

piēdo: ſed male accipiēdo locū dedit  
diebolo. ſic quicq̄ idigne ſumēs cor-  
pus xpi nō efficit vt q̄ malū eſſt malū  
accipit aut̄ q̄ nō ad ſalutē accepit.  
Dirit aut̄ ei iefu. Qđ facis fac citi<sup>9</sup>  
q. d. Ex q̄ nec mine nec blāditie te a  
malo ppoſito reuocāt: qđ facis. i. di-  
ſponis facere. ſ. proditionē fac citius  
nō ſollicitās ad malfi ſed deſideriuz  
oñdēs humane redēptiōis. Nemo  
tñ diſcipuloꝝ dicit iohāne itellexit  
ad qđ illa dixerat: ſz q̄ loculos ha-  
bebat iudas putauerit euz dicere vt  
emeret neceſſaria in festo vel egenis  
vt aliquid daret. Ubi augu. xiiij. q. j.  
habebat dñis loculos a fidelibus o-  
blata cōſeruantes t ſuorū neceſſitas-  
tib<sup>9</sup> t alijs indigentibus tribuebat.  
Poſt bucellā egress<sup>9</sup> ē iudas ad epe  
quēdā proditionē nocte iam facta.  
Hūc p gressu iude ſigrediēdo eſt t  
egrediēdo ad tractādū pditionem  
t iſiū executionē in ps. Si i gredie-  
baſ ſcz in domū vt videret ſcz aptitu-  
dinē ad opus vanā loquebat. idest  
mala t falſa murmurās de effuſiōe  
vnguēti cor ei<sup>9</sup> cōgregauit iniqtatē  
ſibi multas iniqüitates pponēdo fa-  
cere vt ſacrilegiſ t alia. Egredieba-  
tur foras ad capiēdū oportunitates  
t loqbaſ i idipm. i. i malū pſciendū  
Et q̄ edebat panes meos magnifi-  
cauit ſup me ſupplātionem. i. ma-  
gnā fecit ſup me pditionē de q̄ ſup-  
plātionē xps āteſ loques dixit. A-  
mē dico vobis vniuſ vestrū me tradi-  
turū ē: qđ ſuit turbatiōis aplōrum  
occasio. De dulci aſit ipſoru exhor-  
tatione vide. a. xiiij. Johan. vſq; ad  
xvij. iclusiue vbi iter alia dixit. Nūc  
clarificat<sup>9</sup> ē fili<sup>9</sup> hois t de<sup>9</sup> clarifica-  
tus eſt in eo. i. fm Aug. Nūc clari-  
ficat<sup>9</sup> eſt. tc. Q̄ excludo iūdīo iuda  
remāſerit ſoli mūdi cū ſuo mūdato-  
re. q. d. hec ē figura future glorifica-  
tiōis vniuersaliſ in qua null<sup>9</sup> malus  
erit t null<sup>9</sup> bon<sup>9</sup> exhibit. Et de<sup>9</sup> glo-  
rificat<sup>9</sup> ē i co. i. dei glīa pfecte mani-  
ſtabit t hoc p vtutē ſuam de ſcioſcz  
ḡraz actiōe brieuiſ mētio fit Math.

# Sermo de passione.

gvi. vbi dicitur. Et hymno dicto. non enim fecit Christus sicut quidam dicuntur fecisse. Exo. xxiiij. vbi dicitur. Sedit populorum manducare et bibere et surrexerunt ludere. et sequitur. Et ceciderunt in die illa quasi. xxiiij. milia hominum. Nec tamen ex hoc dominus fuit pacificatus. quod patet in fine capituli ubi dominus ait. Ego autem in die ultionis id est finalis iudiciorum visi tabo hoc per te eorum. sed hymno dicto gratias reddidit deo prius dans nobis exemplum ut refectione acceptans nos ita faciamus. Et sic patet quod Christus egerit in sua ultima presentis vite refectioem quam ideo facere volunt cum apostolis suis. ut sicut purificatio et peccatum adeinceperat a refectioem. Adandum comedit de fructu retinendo: ita Christus ad omnino deum per suam passionem illud reparare venerat: illa volunt a refectioem echoare. Si quis igitur fidelis alia virginitate beatam interrogauerit dicens. quo abiit dilectus tuus. et ceterum. Rendebit ad ultimam. vite presentis refectioem. Secundo abiit ad tolerandam crudelitatem in orto ligationem. sicut enim dicitur. Mat. xxvij. Hymno dicto exierunt in montem olivarium et venerunt in villam que dicitur gethsemani. trahentes prius quemdam torrentem quod dicebat cedron qui erat in motu olivarium radice. Et ab hoc transitu torretis cedro Johannes incipit narrationem passionis. In dicta autem villa erat quidam ortus in quo Iesus solitus erat aliquem quem nire cum discipulis ad orandum et docendum secretiora. Quod autem dominus predixit negationem petri hoc. Mattheus et Marcus referunt factum postquam egressus est de domo in motu olivarium. Lucas vero et Johannes narrant hoc factum in domo ubi cenauit. Quod Augustinus ad concordiam reducit duplicitatem. Uno modo quod illi duo. scilicet mattheus et Marcus illa dixerunt per recapitulationem scilicet eorum quod omiserant factum in domo. Aut lucas et iohannes per preoccupationem. id est rando prius quod est factum postea. quod modo frequenter est ab evangelistis alio modo potest dici quod pluries Christus predixit negationem petri futuram et petri regni. Non enim dixit orationem ut non neges non

sponsione presumptuosa. sed in domo de qua Lucius et Iohannes et postea iterum in orto de qua Mattheus et Marcus in monte olivarium. Circa hoc tertium nota tri negationem quam Christus predixit. orationem quam ter fudit et multitudinem quam ad capiendum venit. De hac captura eius prophetauit. hiere. dicens. Thys. iiiij. Christus dominus captus est per pecatibus nostris cui diximus in umbra tua. id est passio tua obscura vivimus. egressus igitur cum discipulis. xiij. dixit eis. Oportet vos scandalum patiemini in me in nocte ista. Scandalum vocat amissionem fidei de eius divinitate in quam incidunt visa eius capture tamquam ignominiosa. unde et fugerunt. Confirmat autem dictum suum per prophetiam zacharie hoc predicatorum zech. xiij. Preceute pastorem et dispergentur oves. Unde quis propheta ad deum patrem. percutere. id est permitte ut percutiat pastor. scilicet Christus passionem a iudeis et sequitur ex hoc dispersio. id est fuga ovis suarum id est discipulorum. Evangelista autem videt prophetiam impletam loquens in persona patris ad prophetiam dicens. percutiam id est permittam ut percutiat. et sic dispergentur oves gregis. scilicet apostoli. Sed confortans eos subdit. postquam asit resurrexero. scilicet die tertia ut predicti erat alias inducens figuram Iosephum stetit tribus diebus in veste ceti. Precedens vos in galileam. apparuit. scilicet vobis Cui respondit petrus. et si oportet scandalizari fuerint sed non ego. Jesus autem ad Symonem petrum quod magis videbatur de sua virtute fidere ait Symon ecce satanas expetiuit vos: ut cribaret sicut triticum. id est quesuerit et licentiam a deo accepit: alias non potuisse tentationem habere eum mouendi et separandi vos a tritico electori dei. Nam ex commotione multa cribri aliquando etiam triticum cum loliis descendit in terram. Ego autem subdidic orationem pro te in certum hunc ut non deficiat fides tua scilicet finali defectione. Non enim dixit orationem ut non neges non solus aut Christus oravit per petrum sed per to-

## Sermo de passione.

ta ecclesia petro cōmissa. non potest  
nō fuisse exaudit⁹. Nunq̄ enī fides  
ecclie defecit. Quāvis em̄ aliqui de-  
cidant a fide: semp tñ aliq̄ pmanēt i  
ea. vñ tpe passiōis ⁊ si i aplis defecit  
remāsit tamē in ḡgine matre. Et tu  
aliquādo conuersus subdit. cōfirma  
fratres tuos conuersus sc̄z ad pniaz  
de lapsu tuo. Et petr⁹. Dñe paratus  
sum tecum in carcere ⁊ in morte ire.  
Cui iesus. Dico tibi petre quia āte-  
quā gall⁹ bis vocem dederit i nocte  
ista vt ait marcus ter me es negatu-  
rus. ⁊ petr⁹. Etiam si oportuerit me  
mori tecū non te negabo. Non dixit  
petrus mendaciū: q̄ sicut p̄pone-  
bat: s̄z numis p̄sumptuose loquebaſ  
ignorans suā infirmitatē quam ⁊ ie-  
sus cognoscens insinuabat. Simili-  
ter ⁊ oēs alij dixerunt. Ambro. hec  
ideo dicta sunt vt sciam⁹ nemine ia-  
ctare se debere. Nā ⁊ si petr⁹ lapsus  
est q̄ dixit. ⁊ si alij scandalizati fuerit  
sed nō ego. q̄s alij de se p̄sumat. vi.  
q.j. imitare. Ifacta ē autē cōtētio int̄  
eos q̄s eoꝝ videret eē maior. Luca  
referēt huius contentionis inquit.  
Grego. potuit esse causa q̄ audierat  
dñm migraturū ab eis vñ querebāt  
quis post hoc esset gereus vices ei⁹.  
Sed ad humilitatē eos dñs subito  
reduxit ostendēs presidētes anima-  
rū: nō debere esse vt p̄incipantes i se-  
culo q̄ q̄rūt dñari subditis: sed q̄ ma-  
for esset ille oibus ministraret dans  
in hoc exēplū sui qui dñs existēs eis  
seruuerat lauādo pedes. Deinde vt  
scribit Lucas solus: dixit iesus disci-  
pulis. Quādo misi vos sine sacculo  
⁊ pera ⁊ calciamētis: nūqd aliqd de-  
fuit vobis: Qui r̄nderūt. Nichil. Et  
ait. Sed nunc q̄ h̄z sacculū. sc̄z p pe-  
cunia seruanda tollat: sinūliter ⁊ pe-  
rā. s. pro victualibus. ⁊ q̄ nō h̄z ven-  
dat tunicā suam ⁊ emat gladiū. q.d.  
Nūc vbiqz sine pdictoz reseruatiōe  
habuistis abūdāter necessaria me p  
sente. Deinceps aut̄ q̄ persecutiōe  
patiemini non dab̄t vobis vt p ne-  
cessitate de his vobis prouideatis

nō solum de victualibus ad viuēdū  
sed ⁊ de armis ad defendendū cum  
oportet. Dixerunt autem discipuli.  
Dñe ecce duo gladiū hic. vnius sc̄z q̄  
incidat aurē serui ⁊ appareat virtus  
dñi in sanando alter q̄ nō euaginet:  
vt ostendatur nō fuisse sanctā oēm de-  
fensionē q̄ poterat pro dño. Dixit er-  
go iesus. Satis est. h̄z ecclesia vtrū-  
q̄ gladiū. Exinde ingressus in ortū  
illū ville gethsemani assumptis ad  
partē petro Jacobo ⁊ Johanne. ce-  
pit Iesus tedere pauere ⁊ mestus es-  
se. Ostendēs ex hoc verā hūanitatē  
habere que affligit ex cōsideratione  
penarū quas sibi paratas videt. Un-  
et dixit eis. Tristis est aia mea v̄sq̄  
ad mortē id est tristiciā ⁊ afflictionē  
sentio mortale. sustinete hic ⁊ vigila-  
te meū. ⁊ q̄ i agustiū nil decēti⁹ p̄  
orationē ad deū. habere recursum  
iō recedēs ab eis quantū iactus ē la-  
pidis: vt ait. Lu. procidit in faciem  
suā orās ⁊ dicēs. Pater si possibile ē  
transfer calicē istū a me. Calicē ap-  
pellat passionē qđ triplicif exponit.  
Uno mō petēs vt virtus sue passio-  
nis trāsferret a se ad oēs martyres et  
patiētes p xpo afflictionē: vt sc̄z me-  
rito ei⁹ dare illis cōstātia ad suffere  
dū sicut ⁊ ip̄e habuit. et hec Augu.  
Sc̄do mō vt q̄ sciebat pp̄lm illū iudeoz  
p cui⁹ salute tñ laborauerat  
ex ipsa passiōe ppter perfidiā suā ex-  
cecādū ⁊ dānādū ei cōpatiēs rogat  
nō vt nō bibat calicē passionis: s̄z trā-  
seat ab illo pp̄lo vt p̄ alios p̄curetur  
hec Ambrosi⁹. Tertio mō fm. Dio-  
nisiū ⁊ Alexadrū. Non hoc petit: vt  
non adueniat ei calix nisi em̄ adue-  
nerit transferri nō poterit. s̄z vt p̄ce-  
perat iā presentē passiōne cepit affi-  
ci ⁊ tristari ⁊ quasi iā pp̄inquāte ea  
dixit. trāster calicē istū leuiter ergo  
inuidentē tentationē flagitat pelli.  
Et hoc est non intrare in tentationē  
qđ cōsulit esse orādum. Ut rūtamen  
nō mea volūtas. sed tua fiat. Atha-  
nasius. Seminum hic velle ostendit  
alterū quidē humanū quod est car-

## Sermo de passione.

nis. i. partis sensitiae alterum vero diuinum: humanitas enī ob carnis fragilitatem recusat passionē sed diuinus eius affectus affectanter eam subiit. hec ille. Qd ergo dicit. Non mea voluntas. intelligitur sūm instinctum naturalem et sensualem. Et qd addit. Sed tua fiat. s. voluntas que vna est patris et filij et spiritus sancti: cui omnino semp subdita erat voluntas sua humana sūm instinctū rōnalem. Et vt dicit magister in. iij. sentē. Sciebat xp̄s orationē nō exaudiendā: sed nec volebat sūm rationē exaudiri nec tamen frustra hoc orabat. vnde p̄s. in eius persona. Deus meus clamaabo per diem et noctem et non exaudies: non tamen ad insipientiam michi. s. imputabit: sed ad dādū nobis formā qd in angustijs possim⁹ petere licite ab eis liberari si illud sit sūm voluntate m̄ dei qd si nō audimur debemus estimare deum illō non velle et ideo patienter ferre debem⁹. Oratione facta reuersus est ad locū ybi disciplos dimiserat sicut illi tres pe trus / Jacobus / et Johānes ad quos accesserat. Et inueniēs eos dormientes dixit Symoni qd pleni⁹ pmiserat pro eo mou. Symon dormis: nō potuisti vna hora vigilare mecum. Ad oēs aut̄ etiā alios. Vigilate et orate ne intretis in tentationē: id est ne succubatis tentationi. Spūs quidē p̄ōptus est: id est ratio et feruor ad patiendū et bñ agendū: caro autē infirma: id est sensualitas debilis ad excequendū: quod dictat ratio et instigat spūs. Et eos dimittens iterū accessit ad locū ybi prius orauerat eandem orationē fundens. Et reuertens se cūdo ad disciplos: inueniēs dormientes: pre tristitia em̄ et somno grauati erant oculi eorū dimisit illos et tertio ad locū reuersus eundē sūmonem orādo exp̄lit. Et vt dicit Lucas solus. Apparuit ei angelus de celo cō fortas eū: id est dices aliqua vba cō solatoria illi parti sensitiae exterrite ex representatione sibi facta pene imēse quam iam debebat sustinere. O dñe dñs noster passio ista cito transibit et ex ea fructus maximus sequēt redē ptio humani generis qd tantū dilexit et restauratio ruine nostre: et ideo confortetur cor vestrum. Et factus in agonia id est anxietate pliū orabat. Tātam autem afflictionem sensit in illa agonia pre consideratione passionis imminentis: qd factus est su dor ei⁹ sicut gutte sanguinis decurretis in terram. Et cum venisset postea ad discipulos et dormientes inuenisset dixit. Dormite iam et requiescite. Sufficit. Et vt ostendat se voluntarie pati deposito oī timore ait. Surgite eam⁹ yslus nostros aduersarios. nō dormiuit iudas ad p̄sequendam proditionem. Ecce appropinabit qui me tradet. Adhuc eo loquente. Ecce turba et iudas vnius de duo decim ātecedebat eos. Sciebat em̄ iudas locū dicit Johān. qd frequenter iesus illuc conueniebat cum discipulis et precipue dieb⁹ festis aliquid sublime docens eos: quos ad capiēdū magis volebat eē semotos a tumultu populo: vt iō ait Theophil⁹ ymaginatus est iudas qd solennitate iam inchoata ibi esset cum discipulis ad docendum. Nocte enim iesus extra ciuitatem manebat sepe. et ideo non accessit ad domū ybi eum dimiserat. Non venit autem solus: led vt dicit Johān. accepit cohortem: sc̄z nulitū a preside et a pontificib⁹ et phariseis. ministros cum laternis et facibus nesciis posset occulte fugere et armis ad resistendū et offerendū si forte turbe devote ad eū vellēt illū de manibus eorū liberare. ppterēa duxerūt gentiles milites vt magis timerent pecunia ducti. processit ḡ iesus obuiis eis: et ait vt testat Johān. solus. Quem qritis. Nō hoc dicit quasi nesciens: sed oīndere volēs qd et cū presens eēt eum videre non poterant vel ab aliis discernere. Et cum respondissent iesum nazarenū dixit iesus. Ego sū. In medio eorū existēs ait Chri. exce

# Sermo de passione.

cauit eorum oculos. ut autem dixit Iesus. Ego sum. ad vocem istam oes ceciderunt retrosum in terram simul cum iuda. Qd ideo fecit Iesus eum Chrysostom. ut ostenderet quod non solu comprehendere: sed nec eum videre possent nisi ipsis concederet. Aug. Quid iudicatur? faciet: quoniam iudicandus hoc fecit: et nunc vobis per euangelium dicit Christus. Ego sum. Et a iudeis expectat atque Christus ut retro redeant et in terram cadant: quoniam deserentes celestia terrena desiderant. Iterum autem interrogavit eos. Quem queritis. Chrysostom. Ne quis dicat quoniam ipse inducos ad hoc induxit ut eum occidetur seipsum in manibus eorum tradentes manifeste eis ostendit omnia quae reuocare eos sufficiebant. Sed quod permanebant in malitia et nullam habebant excusationem: tunc in manibus eorum se tradidit. Unde respondentibus illos scilicet Iesum nazarenum: dixit. Dicte vobis quod ego sum. Si ergo me queritis: finite hos abire. scilicet discipulos meos. q. d. meipsum vobis tradendo dimittete istos usque ad ultimam horam ait Christus. ad suos dilectionis consueruntiam ostendens. Tunc autem ait Lucas appropinquauit iudas ut oscularet eum. Non referente Marco dederat eis signum traditor dicens. Quenamcumque osculari fuero ipse est tenete eum: et ducite caute. Dicit magister in historiâ scola. quod iacobus minor erat valde similis Christi in effigie adeo quod qui non habuisset familiarem querentem cum eis non sciuisse discernere alium ab altero. Judas autem quod querens erat diu cum eis sciebat discerne re. Ne ergo datis signis aliis de Iesu effigie caperent iacobum loco eius id dedit signum osculi: et addidit. Duceite caute ne scilicet euaderet de manib[us] eorum: cum tamē sceleratissimus ex p[ro]pt[er]is fuisse quod cum volebat in medio eorum existente nemo contingere poterat. Accedens ergo osculari est eum dicens. Ame rabi. Cuius iesu. Amice ad quid venisti. q. d. Cum te habueri ut amicum charissimum. Quoniam modo de-

uenisti ad tantam offensam Iuda osculo filium hominis tradis: ut refert Lucas. Osculum est signum amoris et pacis et tu hoc signo p[re]ditionem facis. Chrysostom. Non est discedendum a fratre admonitione quantum nichil p[re]termissa habet eueniat: et si non persuaderis hodie persuadet[ur] forsitan cras p[re]dicator p[ro]tectora die rhetor trahet vacua sero p[re]dicere capit. Unde et dominus et si sciret iudicium non conuertendum. Non destitit facere que sua inferat: proprium nomine imponit dicens. Iuda quod magis dolenter erat et reuocatus: quod provocati ad iram. Cidentes asit discipuli qui futurum erat. s. capturam Iesu: dicitur enim Lucam. Domine si percutimur in gladio scilicet ut defendamus te. Petrus autem feruentior ceteris non spectauit respondsum sed extrahens gladium de vagina scutum principis sacedotum nomine malchum: ut dicit Johannes. percutiens amputauit auriculam eius dextram. Ambrosius. Cum legitur passio domini si ad divinitatem eius referimur infirmitate corporee passionis exciditur auricula et exciditur a petro: quod non est passus Christus prophetarum existimari: scilicet dei filium docuit fidei confessione signat. xxvij. q. i. Si petrus Iste fuisset et audacior ceteris voluit exterrere manus ad capiendum Iesum: propter quod petrus intendens percutebat caput declinantis ictu abscedit auricula. Oes euangeliste abscissionem hanc narrat: scilicet Johannes et Matheus addunt reprehensionem quam Iesus fecit petro dicens. Conuerte gladium tuum in vaginam. Non enim licet prelatis ecclesie ut gladio materiali sicut licuit in veteri testamento: ut per nos in prophetis: et taliter scilicet gladio spirituali: calicem quem dedit mihi pater non vis ut bibam illud: id est passionem non vis ut sustineam. Ois enim quod accipit gladium scilicet propria auctoritate et non datum sibi a deo vel a lege gladio p[ro]bit tempora li si iuste iudicabis: vel saltem gladio diuine sententie in alia vita si non penituerit. Augustinus. xxvij. q. iiiij. Ille gla-

# Sermo de passione.

diū accipit qui nulla superiori ac legitima potestate vel iubente vel cōcedēte in sanguinem alicuius armatur. An putas quia nō possum rogarē patrem meū et exhibebit mihi: id est ad meā defensionē plus q̄d duo decim legiones angeloz? Legio est numerus sex milia sexcenta sexaginta sex et inēs. Et si vñ⁹ angel⁹ sol⁹ de exercitu seminacherib occidit in vna nocte centū octoginta tria milia: qd facerent tot milia angelorum? Non est ergo nunc tempus vindicationis sed humilationis. Quomodo enim implebuntur scripture tot de passionē loquentes si non permittam eos ferre: qz sic oportet fieri: cū de⁹ hoc p̄ordinauerit et prenunciauerit. Lucas autē scribit solus sanationē huius. Dixit ei iesus. Sinite vloqz huc: scilicet venire ad me. Et cū tetigisset auriculam eius sanauit eū. Non poterat se ztinerere fons pietatis ab exhibitione beneficiorum et iusta erga iūmicos. Dixit autē iesus ad principes sacerdotum et magistratus templi et seniores. Tancqz ad latronē existis cū gladiis et fustibus comprehendere me: cum quotidie apud vos eram et non me tenuistis: quasi diceret: p̄ experientiam vidistis qz non possetis me apprehendere si nō velle: et iō non erat necesse qz veniretis ad me capiēdū sicut itur ad vnu latronē ne possit euadere. Sed hec est hora v̄ta: id est vobis a me permitta ad capiendum et potestas tenebra p̄ concessa vobis tenebris peccatoroz detentis. Et tūc iniectis man⁹ in iesum et ligauerūt eū vnt captū ducerent. Quo facto oēs discipuli fugerūt eo relicto. De ista captione et ligatione habet figura. Hieremie trigesimumono caplo: vbi dicit qz exercit⁹ caldeoꝝ zprehēdēs Sedechiam regem Iuda:duxerunt eius ad regē babylonis qui multa op̄ probria exercuit in eū. Sic iudei armati christū capiētes duxerūt eū ad Annū inimiciū xp̄i sibi multa opprobriis inferēdo. Si ergo nūc querarās a

virgine gloriōsa. Quo abiit dilect⁹ tu⁹ rc. Respōdere poterit ad tolerādam crudelē in orto ligationē. Tertio ab iūt dilectus virginis marie ad pluriū iudicium iniquoz presentatio nē vbi sciēdū qz r̄ps primo fuit ante annā presentatus: scđo ad Cayphā et ibi a petro negatus et falso contra eū testificatus. tertio ad pylatum assignat⁹. vt ergo dicit Johānes p̄ncipes sacerdotū magistratus templi et scribe venientes non per sevt dicit Aug. sed p̄ suos ministros ad iesum demū ligauerunt eū vt latronē et ducebant eū captū vt credibile est cum multis contumelijs irrisiōnibus et clamoribus et percussiōnib⁹ hūtibus cū pro inimico capitali via erat satis longa. Sequebatur autē istos qdaꝝ adoleſcens vt refert solus marcus induitus syndone super nudū quem ministri arbitrātes discipuli ielu te nere curarunt: sed relictā eis syndone nudus aufugit ab eis: dicūt aliqz hūc fuisse Johannem: aliqz Jacobum minorē: sed cōmūnior et hīz opinio est qz nullus illorum fuit: sed quidā qui habebat habitationem suā i via per quā iesus ducebat: qui cum iam fuisset dormitū: audito rumore transiūt surrexit: et vt citius percipere posset causam clamorū sumens ve stē lineā sup carnē exiuit domū et videntis iesum duci captū: motus deuotione vel curiositate sequebat eos. Duxerunt autē ministri intrātes cū uitātē iesum ad annā pontificem sociū cayphe: qz cū eslet pontifex anni illi⁹ zfilii dederat ē morte iesu. erāt em̄ plures principes sacerdotū vel qz vel sorte vel p̄cio vt cayphas s̄m iosephū officiū exercebat ad tēp⁹ summi p̄tificis Ideo primo adduxerūt ad annā qd refert sol⁹ Johā. Uel qz habitatio eius erat i via qua ibatur ad dominū cayphe vt cōplacerent in hoc vtriqz. Erāt ei affines nō solum carne sed et crunine: et vt magis excusaret cayphas zfilio etiā senioris si argueret p̄cessisse ztra iesum. Pe

# Sermo de passione.

trus autem sequebatur a longe: et alius discipulus quod creditur fuisse iohannes. Ideo a longe sequebatur: quod timebat ne putaretur esse ex discipulis iesu: ideo a longe sum Ambrosius qui elongabatur iam a christo mente: passionis timore ductus. Ideo a longe sum Bedam: quod et si ecclesia signata in petro sequebatur christum in passionibus: tamen a longe quod christus ecclia patitur pro suis peccatis christus ait pro ea: et quod nimis distat utramque passio quantum inter iniuriam creatoris et creature. Intrantes ergo atrium anno pontificis ministri statuerunt iesum vincitum ante annum. Intravit autem cum multitudine illa et iohannes quod notus erat pontifici: forte quod ante discipulatum cum esset pescator refubebat sibi et ferebat electos pisces. penter autem non ausus est intrare: sed socius eius iohannes accessit ad ancillam ostiariam rogans ut sineret eum intrare. Quod cum faceret intuita petrus dicit. Numquid et tu ex discipulis es hostius. Nota sum doctores: quod causa domini passionis fuit prava culpa utriusque parentis. Ade scilicet et Iudeus ad innundandum quod per eam passionem utrumque servus liberatus erat. Ideo diuina dispensatio prouidit ut non solum sex virilis sed et muliebris ad eam oparetur. Et quod non potuit ancilla agere in persona christi: quod vilioris conditionis hoc facere curauit in discipulo ad negandum instigando: vel potius ut discipulum eum repertum ad affligendum caperetur. Qui subito negauit dicens. Mulier non nouisti me Chrysostomus. Quid agis: o petre vox tua repente mutata est: non tibi flagella: non durat tibi sunt illata tormenta. Nullus te interrogat cuius auctoritate possis formidare. Mulier enim mulier interrogat et vilius ancilla: quod ostiaria. Ambrosius. Jo negauit petrus: quod promisit incaute. Aug. xiiij. q. iij. Non solum abnegat christum quod dicteum non esse christum: sed ille etiam qui cum sic negat se esse christianum. dominus enim non dicit petro. Discipulum meum te esse negabis. Negauit ergo ipsum cum se esse discipu-

lum suum negauit. Quid autem isto modo quod se negauit esse christianum. An penter non negauit christum sicut qui dam cum peruerso favore excusare nuntiunt: quod ab ancilla interrogatus hominem se nescire respondit. hec ille. Ubi et Gregorius dicit quod in corde credat in christum et ore neget: non excusaretur a mortali. Et idem Thoma in summa. Annas vero pontifex cepit iesum interrogare de doctrina sua et discipulis: ut scribit Iohannes. solus: et hoc non causa intelligentiae beatitatis sed occasione calendari: si esset doctrina eius contra legem dei vel quare discipulos congregasset quasi seditionem querens. Cui christus mittissime respondit dicens. Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in templo et in synagoga ubi oculi iudei que nesciunt et in occulto locutus sum nihil. quin. sed essent aliqui pretites saltus discipuli. Quid me interrogas. Interroga eos quod me audierunt. ecce hi oculi scient quod dixerim ego. Nihil enim in occulto locutus est: quod non ut trepidas et seditionem concitas ut aliquis existimat. Interroga eos quod me audierunt et ceteri. q. d. sum Chrysostomus. Quid me interrogas de meis. Interroga inimicos meos quod inibi insidiantur: sunt autem hec ymba confitentes de eorum quod dicta sunt beatitatem. Hec est enim beatitatis inalterabilis demonstratio: cum quis inimicos inducit in testes. Tunc unus ex ministris assistentes dedit alapam iesu: ut refert Iohannes. solus: hunc dicit Chrysostomus fuisse malchus cui iesus aurocula abscondit a petro restituerat: et dixit Sic respondes pontifici. Cui iesus ut agnus mansuetus quod portat ad victimam mutissime respondit dicens. Si male locutus sum: vel respondens pontifici vel docens in templo: testimonium perhibe de malo. Augustinus. Quid ista representatione verius mansuetus et iustius. Qui ei recipit alapam: nonne vellet eum quod percussit aut celesti igne consumi: aut terra dehiscente sorberi: aut cor reptum demonio voluntari: aut pena aliqua alia est graviori puniri. Quid horum per potentiam iubere non poterat per

## Sermo de passione.

quē factus est mūdus? Nectū hor  
aliquid egit. Cyprianus dicit di. xcij.  
Dñs iesus rex iudeorū: et dñs nō passio  
ni subditus: cū alapā accepist̄ nihil  
contumeliose in plonam pontificis  
locutus est: sed magis innocentiam  
suam tutar⁹ est dices. Si male locu  
tus sum testimoniu perhibe de malo  
que omnia humiliter facta sunt et pa  
tienter ut nobis humilitatis et patie  
tie tribueret exemplū. Sed nota q̄  
domin⁹ non prebuit alteram maxil  
lam percutiendam: s̄z potius de illa  
ta pie reprehendens ait. Si autē be  
ne quid me cedis? Ubi nota secundū  
Aug. q̄ dñs p̄cutienti se nō prebuit  
alteram maxillam: sed potius phib  
uit ne faceret et iniuriam augeret:  
et tamen paratus aduenerat non so  
lū in facie percuti: s̄z etam pro quib⁹  
hoc patiebatur crucifix⁹ occidi. Ex  
hoc ostendes q̄ precepta q̄ dederat  
de patientia illa sc̄z si quiste p̄cuisse  
rit in dexteram maxillam prebe illi  
et alteram rc. sunt in preparatiōe cor  
dis retinēda magis q̄ opere eque  
da: vt in secretō teneat animi patie  
tia cum beniuolentia in aperito fiat:  
id q̄b̄ eis p̄delle videt. xxiij. q. i. para  
tus. Deinum misit eum annas ligas  
tū ad sacerdū suū cayphā vbi accenso  
igne in medio atrij propter frigus  
Petrus introgreslus cū alijs vt finē  
magistri ne agnosceref esse discipla  
iesu: et ipē cū alijs se calefaciebat ad  
igne. Q̄tēm iam ignis charitatis in  
eo erat extinctus: igne accenso ī me  
dio synagoge victor ad illū petr⁹  
se calefaciebat. Intuita autem eum  
alia ancilla dixit astab⁹. Et hic de  
illis disciplis ei⁹ est. Cum⁹ v̄bis moti  
sunt audientes et quib⁹ vnuis dixit.  
Utere et tu ex illis es. petr⁹ aut̄ secū  
do negavit dices. O homo nō sum.  
Et q̄uis petr⁹ intēderit dicere q̄ nō  
esset discipla iesus: tamē verū dixit  
secūdo aliū sensum: q̄ sc̄z non habe  
bat esse spirituale. Et aduertendum  
q̄ Johannes ponit petri negationē  
prīmā factā ī domo anne: et tūc pri

mo gallus cantauit: sc̄dam ho et ter  
tiā ī domo cayphe: et post tertias  
immediate gallus secūdo cantauit.  
Sed alij euangeliste describit oēm  
trinam negationem factam ī domo  
cayphe. Quod dici potest iō sic enar  
rasle: q̄ illi tres euangeliste non cu  
rarunt mentionem facere de presen  
tatione ielu coram Anna: q̄ e xtraor  
dinaria erat cum non esset summus  
pontifex qui haberet discutere cām:  
s̄z ad xplacētiā v̄triusq; vt affinium  
fecerunt tanq; p̄ vno iudicio haben  
tes vel q̄ ambo simul fuerūt summi  
pontifices p̄ illo anno: et si contra le  
gē. vñ quilibet habebat cām discute  
re et p̄ vno tribunali habebat. Et iō  
in domo cayphe vbi terminata fuit  
oēs illā negationē refert factā. post  
pusillū aut̄ q̄b̄ pusillum c̄stum foret  
Lucas ex̄p̄s̄it dicens. Interuallo fa  
cto quasi vnius hore cū quidē dices  
rēt. Utere tu ex illis es nā et galileus  
es: loqua tua manifestum te facit.  
Nō q̄ diuersum eēt ydioma galileo  
rū a iudeis. Nā vñ sc̄z hebraicum  
erat cōmune eis: s̄z erat differēs mo  
dus p̄nunciandi seu accentuandi si  
cut inter senenses et florentinos. Et  
cū petrus vellet se excusare dixit co  
gnat⁹ malchi cui x̄ps auriculā san  
uit. Nōne ego te vidi in orto cū illorū  
q̄ app̄hendim⁹ eū. Tunc petrus et  
magis sibi crederetur cepit iurare  
anathematizare et detestari q̄ nō no  
visset illū. Et cōtinuo gallus secūdo  
cantauit. Ubi plura mysteria. Et p̄  
mo q̄ ista negatio petri signat offe  
sam mortalem cuiuslibet de ecclesia  
Nā vt dicit hierony. Quotiens vñ  
cumur vicijs atq; peccat̄: totiēs deū  
negamus. xi. q. iij. existimat. Trina  
negatio significat offensā triphariā  
cordis oris et operis. Que negatio  
offense: ad inuestigationē ancille et  
vicioj: id est ad suggestionem v̄l in  
citationem sensualitat̄ et demonum  
per se: vel p̄suasionem malorum vi  
rorum. Ad cantum galli petrus re  
cognoscit excessum suum: nō p̄sumū  
Q. i.

## Homilie de passione.

Sed secundum cautū: qz ad predicationē vel admonitionē bonoz nō so-  
lū ad aures s̄z ad mentem attingen-  
tem p̄tōr cōpungitur & penitet. Se-  
cundo sciendū fīm Gregorii in ome-  
lia: q̄ omnipotens deus eum quē cū  
cte ecclesie presie disposuerat ancil-  
le vocem pertumesce & senegare  
permisit: magne vtiqz dispensatione  
pietatis vt futurus pastor ecclesie i-  
culpa sua disseret: qualiter alijs mi-  
sereri deberet. d. l. considerandum.  
Conuersus autem dominus ait Lu-  
cas resperxit petrum. q. d. Recogno-  
scē peccatum vbi t̄ eius immēla pie-  
tas ostēditur vt inter illūs & tor-  
tores positus: quāsi suarum penaz  
oblitus petri lapsum dolens respicit  
vt defleat. Quem tamen respectum  
& conuersionem Augustinus magis  
dicit intelligendum de cōuersione &  
respectu spirituali diuine miserationis  
qua dicitur per prophetam. Cō-  
uertere dñe & eripe animā meā & illō  
Respice in me tc. q̄ de corpali respe-  
ctu: t̄ egressus petrus foras fleuit a  
mare. Cum bonis & discipulis con-  
uersans confessus est christū filium  
dei. Inter malos se reperiens iude-  
os ip̄m negauit negatiōe segregat<sup>9</sup>  
a malis fleuit. Et nocte illa ministri  
iniquissimi crudelissimi qui tenebāt cū  
scz ligatū multiplicif vexauerūt iux-  
ta illō. Castigatio mea i matutinis.  
Nam vt dicit Lucas illudebant ei  
cedentes & velauerunt eū & pcutie-  
bant faciē ei<sup>9</sup> dicentes. Prophetiza  
nobis christe quis est qui te p̄cusit.  
O ineffabilis humilitas & patientia  
iesu xp̄i. O inenarrabilis crudelitas  
iudaici populi: faciē illā plenam om-  
nisi gratiar̄. Sputis deturpare nō ve-  
ren̄: in quam desiderabāt angelī p̄  
Spicere Caput illō ḡazophilaciū the-  
sauroz sapiente & scientie dei p̄cu-  
tientes affligunt. Oculos domini lu-  
cidiores sole & pictate plenos velis  
operuerūt aures q̄ audiunt organa  
sc̄tor̄ & thronos angeloz stūmelijs  
& blasphemij malignoz plene sunt

Unde t̄ ip̄e Lucas dicit. et alia mul-  
ta blasphemantes dicebant in eum.  
Mane autē facto tempestiue conue-  
nerunt omnes principes sacerdotuz  
& seniores plebis & scribe in consilio  
querentes falsuz testimoniu contra  
iesum: vt eum morti traderent & non  
inueniebant. Denūm venerunt duo  
falsi testes vt refert Math. & Marc.  
qui dixerūt. Nos audiuimus quia  
hic dixit. Possum destruere hōc tem-  
plū manufactū & in triduo reedifica-  
re alid non manufactū. Et non erāt  
conuientia testimonia eoz. Et me-  
rito quia nūq̄ dixerat: s̄z dixerat sol-  
uite tēplū hoc. i. soluetis tēplū hoc:  
& in triduo excitabo illō loquens de  
tēplo corporis sui: non de illo Salo-  
monis tēplo. Et surgens princeps  
sacerdotū scilicet cayphas dixit. Ni-  
chil respondes ad ea q̄ testificantur  
contra te? Jesus autē tacebat: sciens  
qz nō cā inueniendi x̄itatē s̄z calun-  
niandi interrogabat: & dixerūt qda<sup>9</sup>  
alij ex p̄mouib<sup>9</sup>. Si tu es xp̄s dic no-  
bis. Et xp̄s r̄ndit vt refert Luc. Si  
dixerō vobis non credetis mihi. Si  
interrogauerō non r̄ndebitis mihi  
neq̄ dimitteis. Ex hoc autē erit fili<sup>9</sup>  
hois sedēs a dextris virtutis dei. q.  
d. qz iniuste iudicor. ex hoc dabitur  
mihi potestas mundi iudicandi. Et  
qz nō apte dixerat se eē filiū dei: sur-  
gens princeps sacerdotū motu corpo-  
ris indicās insaniē mentis ait: vt re-  
fert Math. & Mar. Adiuro te p̄ deū  
viū vt diccas nobis si tu es christus  
filius dei benedicti. Jesus autē et si  
non teneretur respondere (quia supe-  
rior su<sup>9</sup>nō erat) vnde & grauior pec-  
cauit sic eū adiurando: tñ ob reuerā-  
tiā nois dei inuocati respondit. Tu  
dixisti: qz fili<sup>9</sup> dei sum ego. Tūc prim-  
ceps sacerdotū scidit vestimenta sua  
dices. Blasphemauit. Quid ampli<sup>9</sup>  
egem<sup>9</sup> testib<sup>9</sup>. Ecce omnes audistis  
blasphemiam. Quid vobis videtur?  
Respondebat omnes. Reus est mort<sup>9</sup>.  
Et si isti pessimi erant & falso moue-  
bant dices. Jesu<sup>9</sup> blasphemare cū

## Sermo de passione.

se diceret filius dei i quo dicebat summa fuitate tanta horreabant dei blasphemias q non poterant patienter audiire: sed iudicaret talē res mortis et vestimenta sua scandebant in signū detestationis. In quo etiā figurabatur sacerdotis iudeorum destruendū: vt dicit Gratian⁹. l. q. viii. Tunc ipm̄ iesum consputū et collaq̄isatū victū duxerit ad pylatū. Judas autē traidor vidēs iesū morti adiudicandū penitentia duct⁹: vt refert Math. retulit triginta argenteos principib⁹ sacerdotū: et seniorib⁹ dices. peccauit tradēs sanguinē iustū. At illi. Quid ad nos tu videris. q. d. Si malum fecisti tu subeas pena. Aug. Judas q penitens iuit ad phariseos relinqns apostolos: nichil innenit auxiliū nisi augmentū desperationis. Dixerūt eñ. Quid ad nos tu videris. Si peccasti tibi sit: non tibi succurrim⁹: non peccata tua charitatine suscipim⁹: nec qualiter deponas on⁹ docem⁹. Quid nobis et mihi q nec opa sequimur iusticie. Islet ad fratres: illi ad illos qui orauerūt p locu petri febriterātē: qui chananeam improbabā misericordie obtulerūt. Interrogaret petru pro se effundentē lacrymas non fuisset Mariā et Marthā que vitā lazaro ipetrarent. iuit diuisos scilicet phariseos et diuisus perijt. de pe. di. vi. c. i. Et plectis. xxx. argenteis in templo abiens laq̄o se suspen- dūt: et dicit act. i. Suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera eius et notum factū est verbum istud omni b⁹ habitantib⁹ hierusalē. hierony. de pe. di. iiij. Nihil p̄fuit iude egisse penitentiam per quā scelus corrigere nō potuit. Si enim frater peccat in fratrem vel emendare valeat potest ei dimitti. Si opera p̄manet frustra assumit penitentia. hec ille. Itē leo papa. Sceleratior o iuda omnib⁹ et infelior extitisti: quē nō p̄mis reuo- cauit ad deū: s̄z despatio traxit ad Iasq̄um et cetera. de pe. dist. iiij. Principes aut̄ sacerdotū suū p̄ceptis argen- teis dixerūt. Nō licet mittere: id est remittere in cordanā i. locum oblationis: quia preciū sanguinis est. Et consilio inito emerūt ex eis agrum figuli in sepulturā pegrinorū volentes crudelitatē sceleris coopire sub opere pietatis. s. emptionis agri p sepultura. Sed ne lateret mūdū lice- lus eoꝝ factū est de o dispensante q̄ ager ille empt⁹ vocatus sit alchelde mach: qđ latine sonat ager sanguis In quo facto ostendit euangelista Matthe. pphetiā hieremie impleta qua dic̄t. Acceperūt scilicet prin- cipes sacerdotū triginta argenteos p̄ciū appreiciati. i. qui triginta argentei fuerūt preciū christi. app̄ciati q̄s ap̄b̄ciauerūt. i. p precio obtulerunt ipsi iude. Acceperunt aut̄ a filiis israel id est a iuda qui fuit de filiis israel ponit pluralis p singulari cuiꝫ piecit eos in tēplū et dederūt eos in agrū figuli: scilicet p emendo agro: p sepultura pegrinorū. Hec pphetiā p parte etiā habet zacha. viij. c. Si q̄s ergo q̄rat a ngine glorioſa quo abiit dilectus tu⁹. rc. Respōdere po- terit ad pluriū iudicū iniquorū pre- sentationē. Quarto abiit dilect⁹ vir- ginis Marie ad cause innocētis per uersam decisionē. Circa qđ sciendū q̄ vt dī Johānis. xviii. Adducūt mi- nistri iudeorum iesum a caypha in pre- toriū: erat aut̄ mane: et ip̄si nō introie- runt in pretoriū: vt non contaminarēt sed manducaret pascha Erunt ergo pylat⁹ ad eos foras. pretoriū dicit sedes pretorū id est loc⁹ ad dā- dam scientiā: et est locutio obscura: qz cū dī q̄ iudei nō introierūt in pre- toriū: ȳ loq̄ de p̄terito pylati i cui⁹ do- num q̄ gētilis erat intrare i illa so- lēnitate extimabant se contaminari id est immūdos fieri. Sed quō p̄p̄ dī q̄ adducerunt iudei xp̄m in pre- toriū a caypha. hoc aut̄ Aug. sic con- cordat: qz in domo cayphe q̄ lata et spacioſa erat ē pretoriū cayphe iudi- catis de qbusdā. Et in alia parte do- m⁹ erat i pretoriū pylati iudican- Q. q.

## Sermo de passione:

tis etiā in causa sanguinis. Et sic de  
vno preterito. scilicet cayphe ductus fuit  
ad aliud. scilicet pylati. Ut q[uod] cayphas di-  
misso iesu in palatio suo accessit ad  
domū pylati p[ro] aliquia informatione  
qui tamen cum suis noluit introire  
in pretorium eius q[uod] gentilis s[ed] py-  
latus exiuit ad eum & socios & demū  
reuersus cayphas ad palatū suum  
misit iesum vincitum ad pylatū. Exi-  
ens ergo pylatus ad eos ait. Quaz  
accusationem assertis aduersus ho-  
mīnē istū. At illi vt refert ioh. Si nō  
esset hic malefactor nō tibi tradidisse-  
mus eū. Quib[us] pylat[us]. Accipite cū  
vos: & fin legē vestrā iudicate eum.  
scilicet ex quonon exprimitis michi na-  
leficū suum: cui responderunt. No-  
bis non licet interficere quicq[ue]. Cuz  
enim essent romanis subditū non ha-  
bebant iudei causam sanguinis: sed  
preses quem mittebat illuc romani  
ad regendū eos. Et tunc erat pyla-  
tus positor preses pro romanis. Dixit  
ergo eis pylat[us]. quid mali fecit iste?  
At illi explicauerint dicentes b[ea]tū Lu-  
cam. hunc inuenimus subuententē  
gentē n[on] tam phibentē tributa celari  
dari: & dicēte se christū regē eē. Que  
omnia falsa erant. Non enim gentē  
subuer[te]bat querēs sibi gentē agre-  
gare ad seditionem: s[ed] conuertebat  
ad salutē inducens humilitatē & sub-  
iectionē. Nec prohibuit sensus vel  
tributum dari celari: s[ed] proposita sis-  
bi questione a quibusdam super ea  
responderat. Reddite q[uod] sunt celari s[ed]  
celari. Neq[ue] se regē faciebat s[ed] cum  
volu[n]teū populus satiatus ab eo ex-  
q[ui]ncq[ue] panib[us] ordeaceis & duob[us] pisci-  
bus facē regē fugit & paup[er] cū pau-  
perib[us] & mitib[us] incedebat. pylat[us] er-  
go duab[us] primis obiectiōib[us] omissis  
vt friuolas & falsas reputans: ita s[ed] p[ro]pt[er]iorum  
q[ui]suit a iesu de tertia dices  
Tu es rex iudeorum? Cui iesus vt  
refert iohannes ait. At temetip[er] hoc  
dicis: an alij tibi dixerūt de me. scilicet q[uod]  
sim rex iudeorum. Ad quē pylatus.  
Nūq[ue] iudeo s[ed] ego. S[ed] tua & ponti

fices tui tradiderunt te michi. q[uod] d[icitur].  
Ego non sum iudeus vt sciām quer-  
sationē tuā: s[ed] iudei qui sciunt facts  
tua dederunt te in manus meas: q[uod]  
fecisti: prop[ter] quam cām te ita vin-  
ctum duxerūt ad me vtreum. tu ex-  
plica. At iesus ad eum. Regnū meū  
vt narrat solus iohannes non est de  
hoc mundo. q[uod] d[icitur]. Non me habeo vt  
rex temporalis nec militiā v[er]surpo digni-  
tate regale vt g[loria]s mea imposuit: s[ed]  
vt paup[er] & mēdicus & abiect[us] incedo  
Si enim regnum meum esset de hoc  
mundo ministri mei v[er]tiq[ue] decertarēt  
vt non traderer iudeis: pugnarent  
enim pro me & defenderēt ne p[ro]uale-  
rēt contra me. Nunc autē regnum  
meum non est hinc. Regnum enim  
spirituale v[er]itatum quod pdixit ad  
regnum e[st]num erat quod nobis q[ui]-  
rebat: & p[ro] quo nobis conferēdo pa-  
tiebas. Q[uod] pylatus interrogauit eum  
quid fecisti poterat respōdere iesus.  
Que ego feci in populo isto ista sunt  
Eduxi patrē eorū Abrahā de vr cal-  
deoz. Ego p[re]ceptor eius & ysaac et  
iacob fui v[er]biq[ue] ābulauerit. Ego  
Joseph in egyptū p[ro]misī ad sustētan-  
dū eos tpe famis i egypto quasi dñz  
constituedo. Ego de dura fuitute pha-  
raonis eduxi: flagellatis multipliciter  
egyptijs & demū in mari submersis  
Ego populum istum vt peculiarem  
elegi ex cunctis nationib[us] dādo eis  
legē meam. Ego. xl. annis manna p[ro]-  
deftū cibau. Ego in terrā p[ro]missio-  
nis adduxi: expugnatis habitatorū  
b[ea]tū terre illius re. Denū ego ex eis  
carnē assumēs inter eos humiliū cō-  
uersat[us] sum. Ego oib[us] b[ea]nifica cōtulit  
innumerā sanitates p[ro]ficiēs. Cecis  
vīsum claudis gressum: surdis audi-  
tū loq[ua] mutis: mūdiciā leprosis: vi-  
tā mortuis restitui: p[ro]ctōribus dona-  
ui indulgentiā: mestis letitiam plu-  
rimis: gratiā: ignorantibus sapien-  
tie doctrinā. hec sūt pylate q[uod] feci: de  
quib[us] p[ro]ntime accusare si dignasunt  
ista. Tūc dixit ei pylat[us]. ergo rex es  
tu scilicet ex quo regnū habes. & si nō de

## Sermo de passione.

hoc mundo. Cui Iesus. Tu dicas. s. ve  
ritate: qz rex sū ego. Et merito. hz ei  
oē dñiū t sup oia cui flectit omne ge  
nu celestis terrestriū t infernorum.  
Ego in hoc nat⁹ sū: subdit t ad hoc  
veni in mundo vt testimoniu⁹ perhibe  
am veritati reprehendendo errores.  
Et quia veritas odiū parit ideo iu  
dei nolētes vicia eorū argui: ex odio  
mortē eius procurauerūt. Ois qest  
ex veritate. id est cui placet veritas  
seū qui est ex deo p gratiā genit⁹ qui  
vocē meā audit obseruando meam  
doctrinam verissimam. Cui pylatus  
Quid est veritas? Non expectauit  
pylatus responsonem anhelans ad  
liberationem eius. Sciebat enim di  
cit Mathe. t Marc. q per iniuidiam  
tradidissent eum. Exiuit ergo ad e  
os pylatus dicens. Ego nullam cau  
sam mortis inuenio in homine isto.  
At illi clamauerūt dicētes. Cōmouit  
vniuersum populu⁹ scz seditiones fa  
ciens t cōgregās sibi gētes ad rebel  
landum: docēs a galilea vlos adhuc  
scz in iudeam. pylatus audiens ga  
lileā nomina⁹ ut refert Lucas iter  
rogans t percipiens q galileus eēt  
idest nutritus t cōuersatus in gali  
lea: misit Iesū vincitum cū accusatori  
bus suis ad herodem regem galilee  
qui venerat tūc hierosolymā ad sole  
nitatē illā tāqz pertinentē ad iurisdi  
ctionē suam et iudicium ut subditum  
suū. Herodes autem viso Iesū coraz  
eo adducto gauisus est valde: cupie  
bat enim diueum videre: eo q multa  
audiisset de eo: t sperabat aliquod  
signū videre fieri ab eo. Stabat au  
tem t principes sacerdotū ante eum  
in multis accusates eū. Interroga  
uit aut̄ eū herodes de multis: q ad  
nichil eoz r̄ndit: t hoc q non causa  
veritatis: scz curiositatis illa q rebat.  
Qd cernēs herodes spreuit eū cū ex  
ercitu suo: t vt isanū induitū veste al  
ba linea remisit illū ad pylatum. Ex  
hac delatiōe honouris que fecit pyla  
t⁹ herodi facti sūt amici adiunice he  
rodes et pylatus: qui antea inimici

erāt. Hec iniuria contra erat: qz py  
latū videbatur perturbasse iurisdi  
ctionem hei odis ex eo q occidit que  
dam iudā galileū qui multos secuz  
adiunauerat quasi principem se faci  
ens populi iudeorū dū in monte quo  
dam sacrificijs insisterent. Remisso  
igitur Iesu ad pylatum dixit pylatus.  
Obtulisti mihi hūc hominez quasi  
subuertente populū: t ecce corā vos  
bis interrogas n̄ inuenio cause i eo  
ex his in qbus accusatis eū. sed neqz  
herodes. nam remisit eū ad nos: et  
ecce n̄ morte digni actum est ei: e  
mendatū ergo illum dimittā. At illi  
clamabāt dicētes. Crucifige: crucifi  
ge eū. pylatus igit̄ existimans q si  
faceret Iesū flagellari acriter i uidei  
moti compassione non aliud pene vlt  
punitio⁹ quereret de eo. Apprehē  
dit ergo pylatus Iesū t flagellavit.  
vt refert Iohā. Et flagellationē istaz  
fuisse diurnā ostendit. ps. dicens in  
eius persona. Fui flagellatus tota  
die scz in magna parte t Esay. liij.  
Disciplina pacis n̄ fui super eū. t liuore  
eius. s. ex percussionibus diris sana  
ti sumus. Flagellatū autē pylatus  
adducit eū foras dicens. Ecce homo  
q.d. nonne videtur vobis sufficiēter  
castigatus. At illi clamabāt. Cruci  
finge crucifige eū. Et ille. Ego nullā  
causa mortis inuenio in eo. Est autē  
vobis consuetudo ut dimittā vobis  
vnu⁹ ex victis scz morte diguū. Hunc  
ei morē introduxerāt uidei. vt scz in  
memoriā bñficij recepti a deo ita liso  
lēnitate scz liberationis ipius populi  
de morte primogenitor⁹ t de seruitu  
te egyptiaca mortifera vi⁹ ex male  
facto⁹ capt⁹ morte plectēd⁹ liber  
donare⁹ pplo: alij ad mortē iudica  
rēt. que morē romani p̄sides eis ser  
uabāt. Dixit ḡ eis pylat⁹. Quē vul  
tis ex duob⁹ dimitti Iesū q dī r̄ps an  
barrabaz⁹ hic barrabas latro erat  
fm Jo. fm alios t homicida q in se  
ditione fecerat homicidiū. At pri  
pes sacerdotū persuaserunt turbis  
ut peteret barbabā. Clamauerūt er  
Q. iij.

# Sermo de passione.

go oēs dicētes non hunc sed barba-  
bā dixit eis pylatus. Quid igit facie-  
am de iesu q̄ dī xps? At illi. Crucifi-  
gat. Dixit eis pylatus. Accipite eū  
vos & crucifigite. Ego em nullā cau-  
sam inuenio in eo. At illi. Nos legē  
habemus & seculū legē nostrā debē-  
mou: q̄ filiū dei se fecit. Videlētēs q̄  
pylatus tendebat ad liberationem  
eius dixerūt. Si hunc dimittis non  
es amic⁹ cesaris. Ois em q̄ se regem  
facit ec̄tradicit cesari. Pylatus autē  
hec audiēs magis timuit sed timore  
thi mundano: ne sc̄z incurriteret indi-  
gnationē cesar⁹ si accusaret. & digni-  
tate ille punaret. Iterū ergo introi-  
xit pylatus p̄torū & interrogavit ie-  
sū. Uñ es tu? Jes⁹ autē r̄n̄s nō dedit  
Cui pylatus. michi non loq̄ris. Ne-  
scis q̄ potestatem habeo crucifige-  
re te & dimittere te. At iesus ait. po-  
testatē non haberet in me ullā: nisi  
tibi datū esset desuper sc̄z deo p̄mit-  
tente. Propterea q̄ me trādidit tibi  
maiūs p̄ctū h̄z: quasi diceret. Et si  
deo permittente hoc agas: nō tamē  
excusaris a peccato me cōdēnādo  
cum tu ip̄e dicas: q̄ habes potestatē  
dimittendi & iam confessus es publi-  
ce: q̄ non inuenisti causā mortis: et  
thi non dimittis. p̄ctū tamē tuū non  
est ita graue: cum ex infirmitate p̄-  
cedat: sicut iudeorū qui me tibi tra-  
diderunt ad mortē cū p̄cedat ex ma-  
licia. Pylatus ergo videns q̄ nihil  
p̄ficeret sed magistū multus siebat  
vocib⁹ magnis postulantib⁹ vt cri-  
cifigeret. dimisso eis barbara vt po-  
stularū t̄duxit foras iesū & sedit p̄ tri-  
bunali in loco qui dī lichostratos he-  
braice gabatha. Erat autē paralceius  
pasche hora quasi sexta. Mar. autē  
dicit q̄ hora tertia crucifixerunt eū.  
quā sup̄ficialē dissonatiā. Augu. de  
pe. di. i. periculose. sic resoluit: q̄ yez  
xps hora fcia crucifix⁹ ē linguis sc̄z  
iudeor⁹ hoc petētib⁹. q̄d scribit mar.  
sed actualiter et manib⁹ gentiliū ho-  
ra sexta crucifixus est prout refert  
Johannes. Sedcēte antē pro tribu-

nali pylato: misit ad eū vrox sua te-  
ste Math. dicens. Nichil tibi & iusto  
illi. s. cōmune. q. d. vide ne feras sen-  
tentia contra eū. Nā & multa passa-  
sum ista nocte per eū: sc̄z terribiles  
visiones & cōmunicationē. Creditur q̄  
quia dyabolus cepit perpendere ie-  
sum esse redēptōrē humani generis  
et virtutē crucis: q̄ sentiebat patres  
lymbi iam exultare pro sua quā ex-  
pectabant inde liberatione: ideo ten-  
tabat ip̄edire. Et ideo in somnis um-  
misit visiones vrox pylati cōmina-  
torias maloz que pylato euenerent  
si ipsum condemnaret. Ut his audi-  
tis pylatus se traheret: sed non va-  
luit aliquid efficere. Nā pylato dicē-  
te. Ecce rex vester q̄si derisoue. cla-  
maverunt illi. Tolle tolle crucifige  
eū. Quib⁹ pylat⁹. Regē vestri cruci-  
figā. At illi. Nō habem⁹ regem nisi  
celarem. pylatus ḡ vt dicit Math.  
accepta aqua corā populo lauit ma-  
n⁹ suas dicens. Innocens ego suz a  
sanguine iusti hui⁹. q. d. Ego quan-  
tū estez me non condēno eū sciens es  
se iustū: sed iportunitas vestra me co-  
git ad condēnandū. vos videritis.  
Sed certe hoc non excusat̄ eū: q̄  
nūq̄ iudex propter quodcumq̄ ma-  
lum vel scandalum evitandum de-  
bet innocentem condemnare contra  
ordinem et formam iuris vt hic ac-  
cidit. Clamauit autē popul⁹. Sā-  
guis eius super nos et sup filios no-  
strōs quasi dicat. Si tu i hoc peccas  
pena hui⁹ peccati: & vindicta veniat  
sup nos et super filios nostros. Que  
imprecatio ytiq̄ accidit eis. Nā in  
punitionē tāti sceleris hierusalem ca-  
pta fuit. & innumeris milibus homi-  
mortuis ferro peste: & fame q̄ remā-  
leit vēditi sunt i seruos. Et dispersi  
per orbē. Forma autē huiusmōi cōdē-  
nationis put pie cōtēplari possum⁹  
talis fuit Jesu nazarene tuū genus  
te reprobauit regē: fecisti cōtra im-  
peratorū statuta. filium dei te nomi-  
nasti de legis iudeor⁹ mādato tribu-  
tum cesari dare prohibuisti contrā

# Sermo de passione.

euus imperia. seditionem in populo concitata in maxima communitatibus dispēdia ideo morti te adiudico et inter duos latrones te iubeo crucifigi. O q̄ iniqua est hec sententia crudelis et iniusta de qua. Job. xxxvi. 52 Causa tua quasi ip̄i iudicata est iudicij causā recipies. Causa qđē x̄hi iudicata est a pylato quasi impīi et plus q̄ ip̄i: qz si latro vel homicida a curia capiēt nō cōdemnat nisi prius sit at processus ordinari⁹ datis termis et dilatationibus ad probādū et reprobādū increpandū excusandū: s̄ x̄ps absq; p̄cessu ordinario condemnat⁹ est. de qua condemnatione. ps. ait. Astiterunt reges terre et p̄ncipes sc̄z animas et cayphas conuenerunt in unum aduersus dhm et aduer. xpm eius. Si quis igitur beatam virginē interrogare voluerit. Quo abīst dilectius. statī respondere poterit. d. abīst ad cause innocentis peruersaz decisionē. ¶ Quinto abīst dilectus virginis marie ad sententie mortis in crucis patibulo executionem. Data itaq; sententia contra ielū ut crucifigeref milites p̄sidis et gregauerūt circa eū yniuersā cohorte tem̄ teste. Mat. et exuētes eū vestimentis suis chlamide coccinea circūdederūt ei. s̄ rubei colorū q̄si purpureā vestem et plectētes coronā de spinis ipsoueūt capiti ei⁹ loco coroue. Hec corona serūt̄ dr̄ fuisse de spinis duris et oblōgis quo pforabāt caput suū v̄sq; ad cerebrū dedērōt ei arūdinē in manu ei⁹ et pcutiebāt caput ei⁹. Demū post illas et tumelias et illusioēs eruta chlamide coccinea et vestimēt̄ p̄priis induit⁹ ducebat ad locū caluarie sociatus duobus latronibus et dēnatis et ad crucē p̄ scelerib⁹ suis. iplef pphētia Esa. lviij. Cū iniq; deputat⁹ ē. Et baulās sibi crucē fū figurā x̄saac q̄ ligna portauit in hūeris super qbus fuit extētus ut occideref. et in dicto loco vt dicit Chry. in quo et iesus crucifixus est ibi nō fili⁹ abrahe: sed ari es h̄ns caput spinis inherens occis⁹

est: qz nō filius dei patris sed huma nitas dux ecclie spinis coronata mos tua ē. Et baulās sibi crucē theoph hic adimpletur illud Esa. factus est principatus sup humerū eius princi patus enim ielu crux est: ppter quā deus exaltauit eū sc̄dm aplm. Et si cut in signum dignitatis alij portat balthēum alij mitram: sic x̄ps crucē et si inquiras inuenies nō aliter in nobis regnare iesum nisi p̄ aspitates q̄ fit vt delitosi inimici sunt x̄pi: verum qđ debilitatus iesus flagellis et spinis ac vigilijs noctis quibus fuerat afflictus tarde incedebat cū cruce timentes iudei ne ista tarditate p̄quē viderāt sic inuitum ferre sententiā cā reuocaret. et vite donaret inuenientes in via quendā noīe symonē cyreneū veniētē de villa patrē alexandrī et ruffi. vt referunt Mat. et Mar. hūc angariaueūt portare crucē ielu vt citi⁹ ambulare posset. portabat aut̄ symon crucē post iesum: qz sc̄dm Ambro. congruū erat vt prius ipse crucis trophesi erigeret postea illud martyrib⁹ traderet ergo eundū. Nec iude⁹ est iste symon: sed alienigena et peregrin⁹: qz cyren⁹. nec aī: sed post iesū portat crucē. gentilis cū populus nō iudaicus sequit̄ crucem et fert eam implēs illud. tollat crucem suā et sequat̄ me. De villa veniēs crucē amplectit̄ cū paganis ritib⁹ derelictis ait Beda. vestigia x̄pi seq̄tur. Villa enim latine: pagos grece dīnū dicti sūt pagani. sc̄z a pagos. Symon interpretatur obediēs: qz obedit diuinis preceptis. Seq̄bat aut̄ eū multitudine magna mulier̄. ppli q̄ ex deuotio ne ei cōpatiētes plangebant et lamentabantur illū. Jesus aut̄ cōversus ad eas vt reserat sol⁹. Lucas cōsolatus est eas dicens. filie hiemula lem nolite flere super me moriturū quia scilicet moriez cito resurrectio gloriōsa dissoluet: et ipsa mea mors mortē ipsam et mortis auctorem dī a bolū destructurea est inquit Beda. Sed super vosipias slete et super fi Q. iiiij.

# Sermo de passione.

uos vestros: scz ppter mala q̄ vētu-  
ra sunt vobis. Qm ecce venient dies  
in quibus dicent. beate steriles & vē-  
tres que non genuerunt et vbera q̄  
non lactauerunt. Quod dicit propt̄  
obsidionem futuram a romanis. in  
qua ad tantam calamitatem famis  
venerunt vt matres aliq̄ come de-  
rent filios proprios. Tunc incipient  
dicere montib⁹ videntes se in tantis  
angustijs. Cadite super nos et colli-  
bus cooperite nos. Beda refert enī  
iosephus romanus insistentibus iudeo-  
bus ceteruantur petisse montium &  
collum cauernas ad euadendum.  
Quia si in viridi ligno hoc faciunt: i  
arido quid fiet: id est fm Theophil.  
Si in me qui sum lignū viride p̄ vir-  
tutē faciēs fructū romanū hoc faciūt  
quid facient i populo iudeorū arido  
& in fructuoso. Uel fm Bedā. Si ego  
sum sine peccato lignū vite appella-  
tus. sine igne passionis de hoc mun-  
do nō exeo: qđ eis putas imminere  
tormenti q̄ sunt fructib⁹ bonorū ope-  
rū vacui. Et postq̄s veneit in locuz q̄  
caluarie dicit: ibi crucifixerūt eum.  
Quidā voluerūt dicere q̄ hebrei iō  
dicit locū caluarie: qr ibi erat calua-  
ria. id est caput adā primi hois sepul-  
ti. Sed hīc reprobat hoc: qr in e-  
bron dī sepulchru ade esse. Sz beda  
dicit q̄ fous portā erant locavbi trū  
cabant capita dānatorū. iō caluarie  
locū illū appellatū. Et sic pro oīnsa-  
lute innoxius quasi noxi⁹ inter noxi⁹  
os crucifigitur: vt vbi abundauit de-  
lictum: superabundet et gratia. Cru-  
cifixerūt eū prius āteq̄s in cruce fige-  
rent dederunt ei vinuz murratū id est  
mirra amarissima mixtum vel vt di-  
cit Mat. vinū felle mixtū. Mos erat  
iudeis q̄ adhuc seruaf apō xpianos  
in multis locis vt debilitati rei cū du-  
citur ad mortē ex horrore hui⁹ & for-  
tareñ comestioni b⁹ et optimo vino  
loco cui⁹ ad augmentū pene xpo de-  
derunt vinū murratū. Eruentes aut̄  
eū oib⁹ vestib⁹ vulnera renouauerūt  
hanc cum per flagella durissima tq-

tum corpus eius esset dilaceratum  
seu decorticatum vestimenta sua re-  
sumpta fortiter inheserant carni aq̄  
nunc separantes non sine magno do-  
lore et vulneratione fieri potuit. vt  
accidit in vulneribus factis resolut⁹  
modū autem crucifixionis null⁹ euā  
gelistarum explicat. Uñ potuit fieri  
secūdū aliquos vt cruce in terrā ex-  
tenſa sup eā affigerent corp⁹ iesu ma-  
nibus & pedib⁹. Et postea erigerent  
ipsam. Uel etiā q̄ pri⁹ erigētes cru-  
cē & i terrā trūcū figētes et firmātes  
postea i ea corp⁹ p̄fixerūt aliquo cor-  
pus substētātē dū configerētur man⁹  
ei⁹ deinde pedes clavis ferreis satis  
grossis vt ostēditur. Et qr ex cōfixio-  
ne & maxio dolore nerui erāt retrā-  
cti & mēbra decurtata qñ scđam ma-  
nū affixerūt: & pedes ēt fune p̄ violen-  
tiā brachii alid & pedes protraxerūt  
in tm q̄ oīa ossa corporis dinumerā-  
ti possent impleto quod predixerat  
ps. in persona xpi. Foderunt man⁹  
meas & pedes meos: dinumerauēt  
oīa ossa mea. Nulla hystoria docet  
hoc in david impletū vel alio de po-  
pulo illo: sed in domino nostro iesu  
christo. Erat autē titul⁹ & tīnēs cau-  
sam mortis in quadam tabula par-  
ua scriptus litteris grecis latinis et  
hebraicis. vt ex omni natione qui cō-  
uenerāt i die festo legere possent qr  
tabula affixa erat paxillo posito in  
pte supiori crucis in medio x̄l⁹ quā  
caput iesu pendebat. Nam crux per-  
se erat ad modū thau nec habebat a-  
liqd super lignum quod erat p̄ trans-  
uersū. Sed appositus fuit paxillus  
cū tabula vt dictum est. Scriptura  
aut̄ tituli hec erat. Jesus nazarenus  
rex iudeorum. Sed vt refert solus  
Johan. quia locus vbi crucifix⁹ erat  
prope ciuitatē extra tamen hierusa-  
lem est. pene oēs de cāutate ibāt ad  
videndum qđ fuit ad maximā penā  
cōfusionis ipsi iesu secūdū illud. ps.  
Tota die verecundia mea cōtra me  
est & cōfusio faciei mee operuit me.  
sc. pontifices ergo cū legissent scri-

# Sermo de passione.

do s̄z murmurant contra deum: nec  
compatiunt̄ xp̄o. t si sustinent: inuiti  
hoc agunt isti t si iuxta xp̄i crucē eē  
videant̄ inquantum patient̄ corpo-  
re quidē sunt iuxta sed non mente: t  
similes sunt latroni a sinistr̄ xp̄i qui  
crucifix⁹ cū xp̄o blasphemabat eum  
cū alijs: eo q̄ nō liberaret eū a pena  
quā inuit⁹ sustinebat vñ t reproba-  
tus filis. Symō syreneo q̄ angaria-  
tus fuit portare crucē post xp̄z. Iux-  
ta crucē v̄o stant oēs electi: q̄ vt mē-  
bra christi carnē suā crucifixerūt cū  
vicijs t concupiscentijs: vt ait apls  
q̄ nō solū patiēter aduersa ferūt: sed  
gaudent: qm̄ digni habiti sunt p̄ no-  
mune ielu p̄tumelias pati. Qui xp̄atiū  
doloribus t afflictionibus ei⁹  
quas pro eis ē passus. Imitant̄ hi la-  
tronē qui iuxta crucē fuit a dextris  
arguentem sociū eo q̄ nō patienter  
ferebat crucē t se dignū proclaman-  
tē tantis penis. Et nos quidē iuste.  
Nam digna factis recipimus; excu-  
sante xp̄m t compatiētante igno-  
minie: hicho nil mali egit. Rogantē  
illum vt deum p̄ salutē aie sue. Me-  
mento mei dñe dū veneris in regnū  
tuū. Luc. xxiiij. Hoc igitur sentiētes  
quod t in christo ielu fuit cum nō de-  
ceat sub capite spinoso membrū fieri  
delicatū dicunt cum affectu t effectu  
illud ps. Calicē salutaris accipiam:

# Beate Marie virginis.

scilicet voluntarie bibedo: et nomine domini invocabo. ut me adiunet ad sumendum et non horrendum ut sim iuxta crucem. et iude a dextris eius collocatus. Nullus fuit cum christo in cruce sustinendo scilicet tantam penam quamquam ipse. sed nec paulus quis enim dicat crucifixus sum non dicit quod sit affixus cruci christi sed sue. Quis enim ferre posset crucem christi certe nullus. Omnes igitur iuxta crucem stant propinquum quius tamen alter altero. Nullus autem propinquior ad eam matre eius. et merito cum esset illud corpus de eius substantia. licet alia persona ab ea per maxime igitur stabat iuxta crucem mater eius propinquissima in doloribus ut dicere posset illud Threnos. i. O vos omnes qui transitis per viam: scilicet vite presentis vestrum de viatores. attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Tunc impleta est in ea prophetia symeonis dicentis. Luc. ii. Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Animam scilicet intellectuam pertransiuit gladius verbi dei penetrabilior omnium gladio anticipi tunc ruminando et intelligendo scripturas que ostendunt immensitatem doloris christi in passione. ita videtur exponere beatus Ambrosius. Et ex huius meditatione gladius doloris eius praesertim aiam sensitum: nec istud est protra id quod dictum est supra scilicet quod beatam maria erat formus voluntati dei quod volebat filium suum pati. Nam sicut de christo eius filio dicimus quod secundum voluntatem rationalem volebat pati. et tunc secundum partem sensitum lumen doluit et acerbissimos passus est dolores qui videntur. Esai. liij. c. Vere dolores nostros ipse portauit: ita et noster eius cum stabat iuxta crucem secundum rationem assidue tiebat quod filius patet et quieta erat secundum sensualitatem lumen dolebat ut merito dicat. Attendite et videte si est dolor sicut dolor meus. Nouerat utique sacras litteras. et spusculo reuelante optime intelligebat ex his et naturali ratione tripliciter poterat apprehen-

dere immensitatem doloris in filio paciente: qui erat sibi gladius summe afflictionis nec ei similis.

Ex passionis causalitate.

Ex afflictionis puritate.

Ex cruciationis circumstantialitate.

Considerando cum passionis filius mei videte si est dolor sicut dolor meus. Considero enim quod causa huius passionis est ut redimatur genus humanum: et ut satissimat deo pro peccatis humani generis totius pro peccatis dico non solum originalibus sed etiam actualibus mortalibus et venialibus: totius humani genitum non solum prelectis sed et preprobis. dicit ei Elias. liij. c. Omnes quasi omnes errauimus unusquisque in viam suam declinavit scilicet per diversa peccata commissa: et dominus posuit in eo iniuriam omnium nostrorum. i. penam peccatorum omnium nostrorum. Et ipse dominus iesus dixerat venit filius hominis salvare quod pierat. Lu. xix. Sed totum perierat: totum est salvandum in eo fuit: scilicet sustinendo penam pro peccatis omnium. Deus autem sicut rerum ita et culparum et penarum eis debitarum habet noticiam et nullum punitum sua iusticia dimittit. Cum ergo pro quilibet mortali debeat pena infinita. i. infernalis: nec homo cum sit virtutis finite potest per te satissimamente debito infinito ut deo satissimamente detrahit offendit: oportet quod christus filius meus qui infinitus est sua divinitate in humanitate assumpta patiendo sic satisfaciat pro omnibus pro passionem meriti infiniti: unde penam sustinet pro omnibus peccatis nostris: et sic pena eius erit quasi infernalis. Et propter eterna psalmista dicit in eius persona Repleta est malis anima mea. scilicet sensitum malis scilicet penarum et vita mea in inferno appropinquauit, propter similes penas et hoc pro peccatis hominum: quia que non rapui ait idem pro christo. tunc scilicet in passione exsoluebam. Fecerunt priui paretes et alii succedentes furtum se subtrahendo et

l. iiij.

## Sermo de planctu

suum obsequium deo et ego hanc rapinam exolu: me ipsum exinanui vermis exinanitus et non homo usq; ad mortem crucis totum me exhibendo. cu ergo filius meus sustineat tales cruciatus ego que sum mater et pater eius: quia non aliun pater habet in terris optimus amantissimus: vide te si est dolor sicut dolor meus: ut et ego dicere valeam: dolores inferni circundederunt me genitus mortis ut dolores inferni circundederunt me. Et quod adauget dolorem meum est: quia cum filius meus sustineat tot immensos dolores et tantam penam que sufficiat pro omnibus satisfacere et omnium debita soluere: et tamen plurimi propter suam cecitatez et in gratitudinem se priuabunt tanto fructu. Secundo ostenditur magnitudo doloris in virgine: et puritate afflictionis in filio sui passione. puritate autem dico: quod non habuit mixturam consolationis sicut vinum dicit purum quod non habet mixturam alterius liquoris: dolor fundatur in amore: tantum enim quis dolet de omissione vel lesionе alicuius rei quam tu ipam diligis. Et quia summe diligebat mater virgo filium suum dilectione et naturali et gratuita: et quod filius et quod optimus: ut dici posset utriusque una anima unum cor. Ideo bene dictum fuit a Symone tuam ipsius. et anima tua que est quasi anima eius propter summam adiuicem dilectionem pertransibit gladius afflictionis pertransibit per totum transibit absque refrigerii admixtione. Siquidem quanto quis est delicior et complexionem habet corporis melius dispositam tam magis affligitur et dolore in sentit ex aliqua lesionе corporis ipsius. et hic est quod de eadē persecutiōe et omnino simili infirmitate magis grauatur et dolet delicatius rusticus quanto etiam pars corporis quod patitur lesionez est magis sensibiliter lesio magis affligit. Unde videmus per experientiam quod fri-

gus vel alia lesio magis affligit in manibus vel pedibus quam in reliquis partibus corporis ex eo quod est pars magis sensibilis propter concurreniam pluriū ossium nervorum et venarum. Cu autem precipue passio christi fuerit in manib; et pedib; facta propter conformatiōem eorum cum clavis in cruce et suspēsionē totius corporis in illis. ideo quando virgo mater vidit ipsam illum. ps. in persona filii sui dictū. Fodebat manus meas et pedes meos et dinumeraverunt oia ossa mea id est ita violenter extenderunt in cruce ut possent significati oia ossa dinumerari. maxime doluit filius per passionē ipsa per passionē intanta passione nullam habuit ab alio consolationem. Unde dicebat per prophetā. Qui me consolare non inueni. Non enim consolabatur sicut fieri solet morti abdicatis a ducentibus eos. Non iudei: sed illudebant ei cum principib; sacerdotium et blasphemabant. Non gentiles sed coronā spineam imponentes capiti percutiebant eum. non discipuli qui fugerat secundum illud. Lōge fecisti notos meos a me. Non marie cum iohanne que fidem diuinitatis eius amiserant. Non pater eternus consolatus est eum scilicet ad liberandum eum de manibus inimicorum sed per nobis tradidit illum ait apostolus: scilicet voluntati eorum permisitudo agere quod cunctis crudelias voluerunt. Et quod plus est et omni admiratione et cetera passionē dignissimum quia et ipsa pars intellectus christi quod fruebatur continuo deo non est consolata eum sed dereliquit illam partem sensitivam tantis doloribus immersam. Et propterea ipse in cruce clamauit cum lachrymis et clamore valido. ut ait apostolus ad hebreos. Deus meus deus meus ut quid dereliquisti me. Matth. xxvij. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos ait psalmi. patres veteris et noui testamenti in tribulationibus suis et cruciatibus dominus exaudiuit et fi-

# Beate Marie virginis.

non semper libertādo ab illis penis  
tamen semper consolando mentem  
eorū ut in virtute persisterent respe-  
ctu premij et diuinī beneplaciti. Ego  
autē clamabo per diem et non exau-  
dies dicēdo deus me⁹ ac. Clamās se-  
derelictum non et eo qđ diuinitas se-  
parata eset ab illa huāitate quia  
quod semel accepit dei filius nunqđ  
dimisit. ait Damascenus sed se dere-  
lictū dicebat qđ pars eius intellecti-  
ua ei⁹ gaudij et cōsolatiōis quo frue-  
batur in verbo nil influebat aut com-  
municabat sensitū ad cōsolationē  
et in hoc nō exaudiēbañ. qđ in nullo  
sc̄to accidit. Et ideo dictū est qđ hec  
afflictio vel passio fuit pura. sc̄z sine  
admixtione cōsolationis. Hec autē  
verba audiēs mater gladius pertrā-  
siuit animā ei⁹ intelligens eū nō de-  
relictū per separationē deitatis sed  
per subtractionē oīs suffragij refri-  
gerij et suavitatis. Attende qđ et vi-  
dete ac. Nam et si presens fuit et iux-  
ta crucez steti: et hoc totū ad augme-  
tum doloris. Que enim mater que  
habens filium presentem etiā in tor-  
mentis non valeat vel in aliquo cōso-  
lari. ipsum amplexari/oculari/potū  
porrigere fitienti. Ecce filius meus  
dilect⁹ ad mortē sūtit hoc exprimēs  
ut refocillef nec stillā aqđ possū sibi p-  
bere: sed sibi offerē in mei presentia  
acetum et fel. vñkera video nec pos-  
sum alligare sāguinem effluere nec  
possū ipm extergere. caput ex grana-  
mune inclinatum nec valeo illud bra-  
chijs sustentare: a me remotum vñ  
nec āplexari. Et si audio ſybū ex ore  
eius ecce filius tuus: sc̄z iohānes. et  
hoc vtqđ ſybū dei gladius acut⁹ qđ  
pertrāsiuit animā meam. Reuera i-  
quit beatus Berñ. hoc verbuz ecce  
filius tuus plusqđ gladius fuit quod  
pertransiuit animā eius vtqđ ad di-  
uisionem anime et spiritus. O quaz  
commutationem. iohannes pro ie-  
su traditur. seruus p domino discipu-  
lus pro magistro. filius zebedei pro

filiō dei. purus hō p vero deo. Quō  
tuā affectuosissimā animam non per  
transiuit. hoc audito quando et no-  
stra licet saxe licet ferrea pectora  
scindat sola hui⁹ recordatio. Ansel.  
O domina mea quibus singultibus  
estimabo purissimū pectus tuum ve-  
ratū. cū audires. Mulier ecce filius  
tuus. Unde cōgrue dicere poterat il-  
lud. Iterū. Amanitudine replesti me  
et cetera. Quantum ad tertium: sc̄z  
de circumstantijs ipsius passionis po-  
test perpendi inimicitas doloris vir-  
ginis matris qđ stabat iuxta crucem.  
Notandum qđ septem sunt circumsta-  
tie circa ipsam passionem christi.

- Ex patientis dignitate.
- Ex inferentis peruersitate.
- Ex temporis solennitate.
- Ex loci vilitate.
- Ex affectionis vniuersalitate.
- Ex consustinentis societate.
- Ex fructus paucitate.

Quantum ad primum manifestū  
est qđ q̄sto dignior ē persona que of-  
fenditur: tanto maior est offensa et p-  
consequens sustinēti et omni attinē-  
ti et si diligit eū occasio est maiors  
doloris. dominus iesus deus erat et  
homo vnde dignior persona esse non  
poterat: et q̄uis diuinitas sua pati-  
tion possit nec aliquis eam attinge-  
ret ad offendendum tamen quia hu-  
manitas illa erat organum quoddā  
et vestimentum quasi diuinitatis.  
Unde apostolus ait. et habitu inuen-  
tus ut homo. philip. ii. Ideo oīs in  
iuria facta illi humanitati et corpori  
potest dici facta deo: sicut qui fran-  
geret vel spueret in vestem qua idu-  
tus est iperator non diceretur facre  
iniuriā vesti: sed imperatori: qđ ea in-  
dutus est. Inq̄stum et: s̄ homo erat  
de pgenie regali et sacerdotali geni-  
tus rex et sacerdos suminus innocen-  
tissimus sapientissim⁹ ex miraculis  
lctitate et doctrinis famosissim⁹. Cū  
igitur ei fuerint illate tot contume-  
lie irrisiones maledictiones infama-

# Sermo de planctu.

tiones et afflictiones corpori ide magnus sibi exurgebat dolor et matri eius que stabat iuxta crucez omnia illa audiens et videns dicere poterat illud iob. Os meum perforatur dolibus ossa sunt potētie anime quibus cōsistit robur eius. Os autem dicit in singulari: quia potentia sensitiva Nam ut ait beatus Berth. Captiuorum libertas capit. gloria angelorum illuditur. Deus omnium flagellat candor lucis eterne et speculuz sine macula conspuitur. Et cum vita omnium occidat quid restat nobis misericordia agendum: nisi ut eamus et nos et moriamur cum eo per compassionem eius et ad matrem eius. Dolebat siquidem de iniurijs tamē filii tamē sancti tamē innocētis: sed non min⁹ de offensa dei. Etiō attēdite et videte. Sed dicere posset quod ait Berth. in persona christi patientis cū sit tant⁹ dolor quem patior: tamen plus crucior cum te ingratum experior scilicet de tanto beneficio. Ostenditur secundo magnitudo doloris in virgine ex circūstantia inferentis ipsam passionem filio. Quanto enim plures cōcurrunt et diversoru statu et magistratum et amici et valde beneficiati ad inferendum injuriam et mortem valde ignonimis alicui tanto maior dolor et afflictio sequitur in passo. et in quolibet attinente et amico eius. Sed ad inferēdū passionē tam amaram et opprobriosam christo concurrerunt de omni genere et statu: at et iam qui prius erant discipuli et etiam sume beneficiati. Et ideo virgo mater ei⁹ dilectissima sume doluit stans iuxta crucem. Astiterunt reges terre. ait psalmus secundus. et principes conuenierunt in unū aduersus dñm et aduersus xp̄m ei⁹ sc̄z ad mortē ei inferēdū Reges quidem astiterunt sc̄z heroes rex galilee qui spreuit illū cū exercitu suo induitum ueste alba et ut fastuum remisit illū ad pylatum ut iudicaret eum. Rex romanorum mo-

narcha. scilicet tyberius imperator et si noui persona tamen per suū locum tenentē pylatum. s. presidez inde qui dedit suā mortis contra eum ad tumultum populi clamant̄ sc̄z crucifige crucifige eūz principes quoqz sacerdotum omnes isti astiterūt. i. āte alios omnes et gentiles et populos induc̄z ut principaliores. Nā principes sacerdotū colligentes consilium propter hoc et principales eorum summo sacerdote caypha cōsulente et decernente: quia expedit vobis ut viuis moriatur p populo exinde que sicut sunt oportunitatez capiendi. Quem cum cepissent nocte pditionem faciente iuda discipulo suo iterum summo mane conuenerūt ad inquirendum falsum testimoniūz contra eum: et cum non iuenerit possent testimonia conuentientia multa falsa dicentibus ad interrogacionē et ad adiurationem caypha summi sacerdotis cū diceret se esse xp̄m filiū dei benedicti ad expressionē tante veritatis et tantis miraculis suis approbate doctrine sue iudicauerūt eū reū mortis et post spuma alapas et tumelias ut malefactore pylato presentauerūt occidendū. Et cū i ipa passione sexus femineus assunt: et vilissima ancilla hostaria q̄ et si non potuit adire iesum propter multitudinem aliorū eum irridentium et afflignantū ostendit discipulus querens ut caperetur tanqz discipulus christi: sed q̄ hoc in consulte negavit euasit capturā. Milites autem pylati qui gentiles erant post sententia latam a pylato postqz illuserunt satis: induitum ueste coicea ad crucis patibulū deduxerūt. Et sic omnes conuerterūt in unū aduersus xp̄m. Quantū autē fuerunt beneficiati ab eo non posset etiam plico sermone et tpe explicari: aliquid tñ vel breuitē pstringā vtens verbis prophete Michee. vi. in persona xp̄i ad popl̄m illū scelestū et igratissimum popule meus quid feci tibi et in quo, qc,

# Beate Marie virginis.

hoc bonitibi feci patres tuos Jacob  
cū filijs suis in egypto per Joseph  
enutriui famis tpe ne pī es. Et post  
tpa multiplicatos supra nūerū de du  
ra seruitute egyptiorum te eduxi. A  
flageolis quib<sup>9</sup> egyptū totā percussi  
te liberū feci: mare rubrū tibi appē  
rui. vt per eum sicco vestigio transī  
res. Pharaonē aut cū exercitibus su  
is ibi submersi. Māna de celo presti  
to p. xl. annos te paui. Aquā tibi de  
petra fluxi insurgentes cōtra te ho  
stes prostrauit. Seon regē amoreco  
rū et og ḡgantē regē basan. Terrā  
fleūtē lac et mel patrib<sup>9</sup> tuis a me p  
missā extremitatis. xxx. inde regib<sup>9</sup>  
et plurimus nationib<sup>9</sup> tibi largit<sup>9</sup> suz  
Et prius in monte synai legē seruan  
dā tibi tradidi. A captiuitate diurna  
scilicet per. lxx. annos propter scele  
ra tua in babylonia porta te liberās  
ad propria subefdra: neemia et zoro  
babel reduxi. De graui oppressione  
antiochi regis per iudam machabe  
um cū fratribus te excussi. Ecce qđ  
feci tibi responde ergo mihi si tanta  
beneficia a me tibi collata hāc talez  
retributionē meruerint vt me cruci  
figeres. In quo molest<sup>9</sup> fui īnde mi  
hi. Ego ex genere tuo carnē sumens  
regale solū celi dimisi: vt tibi frater  
essem. Ego p ciuitates tuas castra et  
vicos discurri: tui vtilitatē laborās  
Ego semp in tēplo docni q̄ te saliuū  
facere possent. Ego cecos tuos illu  
minaui. leprosos mūdani: claudos  
erexi: obseulos a demonibus liberauis  
surdis auditū restitui: mut<sup>9</sup> loqlā: in  
firmis varijs sanitatē: mortuis vitā  
Nūquid i his molest<sup>9</sup> fui pcepta de  
clarari errores cōfutavi. vicia repre  
hēdi: cōsilia pfectiōis adieci. S<sup>z</sup> qr  
veritas odium parit apō insipiētes  
q̄ gignere d<sup>z</sup> dilectionē. Jō in his ti  
bi molestus fui nolenti veritatē au  
dire. Quid vltra tibi facere potui et  
non feci: heccine reddis dño popu  
le stulte et insipiens. Considerās vir  
go mater beneficia facta a filio suo

populo illi et tunc ab eo tanta peruer  
sitate tanta crudelitate cruci affigi  
valde dolebat vt dicere posset illud.  
ps. xxx. Defecit in dolore vita mea.  
Attendite ergo et videte: si est dolor  
sicut dolor meus. Ex temporis solen  
nitate etiam ampliatus est dolor in  
virgine matre. Erat ei solēnitas pas  
che seu azimorū: q̄ erat precipua sup  
oēs alias in qua tenebantur ex lege  
oēs iudei de qbuscumq; ciuitatibus  
et locis venire ad templū i hierosoly  
mis sitū et sacrificiū offerēdū nisi le  
gitimū haberēt ipedimētū. Et qr p  
varias captiuitates eorū erant satis  
dispersi per orbem et in italia et in a  
sia et affrica: vt p 3 Act. ij. De oī pe  
ne natione conuenerant hierusalem  
ad illud festū. Quāto autē q̄ dānaē  
ad mortē ppter maleficū: cōcurren  
te maiori concursu pp̄lī: tanto maior  
ei insurgit pena confusioñis et erube  
scentie. Considerat enim q̄ qlibet vi  
dens narrat alijs. et si peregrin<sup>9</sup> ē re  
uersus i patriā suā refert et diuulgat  
ciuitati sue d illo malefactorez igno  
miniosa punitiōe. et sic vbiq; ifamis  
abhoiaſ. De graui autē criminē calū  
nioso accusarunt et blasphemia dei  
grauiissima apud iudeos: qr dei filiū  
se dixerat. De criminē lese maiestatē  
maxime apud leges gētīlū. Unū i ti  
tulo super crucem scribi fecit ipse p  
p̄latus. Jesus nazarenus rex iudeorū  
q.d. Heceſt causa passionis hui<sup>9</sup> qr  
vſurpauit sibi regnum iudeorum fa  
ciendo se regem: et p̄hibendo tribu  
ta dari cesari: et p̄ hoc quasi rebella  
re faciente populu. Tyberio impera  
tori. et vt oēs possent legere ex quo d  
oī gente ibi erant: sc̄i iudeorum/gre  
corum/et latinorum/scribi fecit litte  
ris grecis et hebraicis/et latinis. Cō  
siderans igitur virgo mater que sta  
bat iuxta crucē tantam confusionez  
tam publicandaz per orbem filij sui  
defamationem non poterat non val  
de dolere: sed et de offensa dei in tan  
te solēnitätis tempore in quo magis

# Sermo de planctu

rebebāt desū venerari pro beneficijs collatio illi populo. Erat enim festū illud institutum in recognitione liberationis illius populi de seruitute egypti per sanguinez agni. Ubi ergo debebant sacerdotes templuz dei ornare: vasa domini mundare sacrificia preparare omnibus dimissis ad hoc totū studiū ponit ut agnus lma culatus qui tollit peccata mundi occidatur: nō vt sanguine eius fusō mū dus redimatur. sed ne terrena anit tamus ne veniant romani et tollant locum nostrum et gētem ne correcto rē vicioz nōz habeam⁹ ne eū magis honoratū q̄z nos a populo vides nūs. Quod autem dicunt. Non in die festo hoc agamus: non ob reuerentiam festi conueniunt hoc face re ne deus offendatur: sed ne tumultus populi cōgregati fieret: et de mībus eorū auferatur. Et ideo dice re poterat virgo mater illud. Thre. j. Posuit me dñs isolatā tota die me rore confectam et infra. Audite obsecro vniuersi populi et videte dolorem meū scilicet si est simulis. Quar to ostendit ex loci vtilitate augmentatio doloris ei⁹ qr in loco vilissimo crucifix⁹ ē. Nā vt narrat euāge liste duxerūt eū in golgotha qđ est caluarie locus: et ibi eū crucifixerunt. Qui locus ideo dicitur caluarie: quia ibi erāt ossa mortuorū et caluarie et alia cadavera: et ibi occidebantur vilissimi hoīes et magni malefactores. Ibi stabat iuxta crucē mater ei⁹ et vidēs locū tam vilem: ac filiū eius regē regum et dominū dominantium factuz opprobriū hoīm et abiectione plebis di cere poterat illud. Thre. j. Idcirco ego plorās et oculus meus deducēs lachrymas qr longe fact⁹ ē a me cōsolator. Sz iste loc⁹ fuit yltim⁹ termin⁹ passionis cōsiderans et alia loca in qbus passus est et q̄z vilia. Et p̄nus quidē fuit in orto: vel ppe ortū in quo fecit orationem ne biberet calicem passionis: secundum instin-

ctū sensualitatis: non secundū deter minationem rationis. In orto deliciarum sc̄z paradisi fuit furtum per petratum a primo adam de fructu arboris interdicte: et prope ortum fuit principium et finis passionis qua a se cundo adam christo solutum est fur tum in arbore crucis. Unde in cantis dicitur. Sub arbore mala suscita ui te: mortuam in peccatis. Ibi cor rupta ē genitrix tua eua scilicet per fructum decepta. Ad illū locum accedens prope ortum multitudo magna cum fustib⁹ gladiis et laternis: ut ad latronem magnum capiendū duce eorū iuda pditore: cum appro priuasset. obsecrit dñs iesus et potētiā sua et beniuolentiam. Potentia quidem quia eo dicente: ego sū quez queritis: subito omnes ceciderunt ī terram retrosum: amissis corporis viribus ut patet oībus: qr non co actus patiebatur. Beniuolentiam: quia et si tanta crudelitate ad capiē dum venerant abscissam auriculam malcho a petro: qr prim⁹ iniecerat manū in magistrū ei restituit. Eo autem capto ex discipulis eius fugientibus: et viuis forte Johānes: ut pie credi potest: et si euangelium nō ponat: venit in bethaniam: vbi mater iesu erat cum alijs marīis nuncians cum lachrymis capturam filij: quo audito pertransiuit doloris gladius animam eius noctem ducentis insō nem et lachrymis plenam. Et quid orare aptius poterat q̄z illud. Exaudiat te nomen dei iacob. Mittat tibi auxilium de sancto tc. Ligat⁹ autē iesus ut a vinculis peccatorum sol ueremur de loco illo ductus fuit ad annā primū sacerdū cayphe vbi a ministro eius crudeliter alapatus est. Indeq ad atrium cayphe principis sacerdotū duc⁹ est: et tota nocte afflictus: fū illud ps. lij. Castigatio mea in matutinus. Mane autem facto matre ei⁹ ciuitatem intrāte plus

# Beate Marie virginis.

rimis deuotis mulierib⁹ associata la  
chrymis plenas omnes inclinabat  
ad fletum mulieres occurrentes. Vi  
desq; filium iam afflictum sput⁹ ma  
nibus ligatum duci ad pylatum. gla  
di⁹ pertransiuit animā eius ipsūq;  
sequens nec loqui valens impedita  
a militibus peruenit ad plateā do  
m⁹ pylati: vbi iudicium de eo exerce  
batur flagellari filiū plurimis & du  
rissimis ictibus audiens nec flagel  
lis satiatos adhuc clamare: crucifi  
ge crucifige eū et non hūc sed barra  
bā nobis diuinitte. O quot de pudicis  
simis oculis suis lachrymaz fontes  
exibant: certe gladius pertransibat  
animam eius. Demū sententia inq;  
sime data: cū ducereſ ad locū calua  
rie sequebatur eum multitudo mu  
lierum plangentū et lamentantiū  
de morte eius: quarum prima ipsa  
erat. Videntq; filium cuz corona spi  
nea quā capitū infixerant milites py  
lati: faciemq; illam speciosam preſi  
lijs hoīm sanguine de puncturis spi  
narū fluente cruentatam sputis: spi  
nis deturpatam. Crucem ſibi impo  
ſitam in humeris prelatitudine ter  
re non valentem dicere poterat: qd  
det michi p te mori fili mi: O fili mi  
lumen non ſolum oculorum meorū  
ſed gloria omnium populorum. Ad  
eos autē qui eum ſequabantur: et il  
las conuersus: recompensās affectū  
& cōſolat⁹ ē dicens filie hierusalem:  
nolite flere ſup me: prenuncians eis  
futurū excidiū ut ſibi provideant  
ſubdens. Sed ſuper vos omnes fle  
te & ſuper filios vestros. tc. Demū  
in illo viſiſſimo loco caluarie crucifi  
xerunt eū. Unde ſtans ibi iuxta cru  
ce dicere poterat. Attendeſte & vide  
te ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor me⁹  
Quinto et afflictionis generalitate  
oñdit magnitudo afflictionis i x̄o  
patientē & matrē cōpatientē. Ad ſit  
terā verificadū eſt i eo illō. Eſa. i. A  
planta pedis vſq; ad vrtice nō ē in eo  
ſanitas: & a vertice inchoādo caput

illud ſactiſſimū gazoſphilaciū ſapien  
tie dei pūctur⁹ acuñiſſimis corone ſpi  
nee penetratib⁹ vſq; ad eos pforatū  
fuit. Egredimini filie syō aie fideles  
ab alijs mūdi cogitatiōib⁹: & videte  
meditādo regē ſalomoniē ſapientiſſi  
mū qd dedit ſapientiā ſalomoni: i dyā  
demate ſpineo i quo coronauit eum  
mater ſua synagoga iudeoz ex qua  
ſm carnē nat⁹ eſt. Oculi ptiſſimi a q  
bus intiuitus petr⁹ cognoscēs pctiū  
ſuū ſleuit amare. in deriſū velati ſūt  
facies ei⁹ plena ḡfaz deturpata eſt  
ſputis & ſanguine vt leproſ⁹ videreſ.  
Eſa. liii. Nos vidim⁹ eū qſi leproſū  
Uñ nec reputauimus eū. Sene eius  
cādide & rubicūde alapis pcuſſe ſunt  
Ecce dedi corpus meū pcutiētibus.  
at ipſe per Eſa. l. c. Et genas meas  
vallētibus aures ille q melos audi  
unt āgeloz replete ſūt blaſphemij  
detracțiōib⁹: ptumelij: i riſionibus  
pploz. prop̄ha iqt i ei⁹ pſona fact⁹  
ſu i deriſū oī pplo meo cāticū eoz ro  
ta die. Et itez oēs maledicūt mihi.  
Nares br̄iſſie ei⁹ ad cui⁹ odore reui  
uiscūt mortui vt balsami aromatiſā  
tis fatigant fetorib⁹ cadaueſ calua  
rie loci. Capilli ei⁹ capit⁹ & barbe de  
licatiſſi violētia traci aut euulſi ſūt  
Os eius qd tam ſanam: tā ſapidiſſi  
mā: tā viſiſſimā doctrinā pculerat p  
cuſſu eſt: & tanq; ouis ad occiſionem  
duct⁹ nō aperuit os ſuū ad excuſan  
dū v̄l cōmūnādū v̄l maledicēdū. ſz vñ  
dicēdū & orādū pūmiciſ. Collū ei⁹  
ſuauiſſimū colaphis attriti ē. Ma  
nus eius potentiſſime ex quarū con  
tactu infirni plurimi ſanati ſunt & le  
profi mūdati. clavis duriſſimis cru  
ci affixē ſūt. pedes ei⁹ quoꝝ traſca  
bellū eſt: quiq; diſcurrentes p ciuita  
tes/ viſtas/ & caſtra: tm laborauerūt p  
hominū ſalute in cruce extensi ſunt  
ſecundū illō. ps. xxj. Foderūt man⁹  
meas et pedes meos dinumerau  
runt omnia oſſa tc. Totū corp⁹ illud  
dulciſſimū qd in cibū illū ſalutiferuz  
nobis reliquit: flagellis multis & di

# Sermo de planctu

ris cesum: dilaceratū et sanguine crue-  
tati. scđm illud. ps. Fui flagellatus  
fota die. Offa illa contracta sunt re-  
manserunt sola lingua et cor itegrum.  
Sed ne et illa sine sua lesione mane-  
rent. Lingua ei⁹ aceto et felle in siti  
mortis amaricata est ut implereſ illu-  
d. Dederūt in escā mēſ fel: et i siti  
mea potauerūt me aceto. p. Demū  
eo mortuo nonsatiatis de cruciatib⁹  
viventis et morte eius spū tradito la-  
tus ei⁹ lancea apertū est. Un exierūt  
sanguis et aqua medicina nostre ani-  
marū. Sed et in rebus sibi adherenti  
b⁹ scilicet vestibus iniuriati sūt. Nā  
diuixerūt sibi vēstimenta mea: ait ipſe  
ps. Et sup vēstē mēa illā ſc̄z inconsu-  
tile quā fecerat ei mater sua: nūixerūt  
ſortem. Conuerſantes quoq; cu; eo  
discipulos cū derelinquere cōpuleſt  
capere cupientes adolescentes q; eū  
ſequebāſ syndone ſup nudo induitūz  
niſi fugiſſet. Stabat ergo iuxta cru-  
cem mater eius et hec vidēs et ſcrip-  
ta et ſuſciata recolēs dicere poterat  
illud Thren. ij. Ocul⁹ meus afflīct⁹  
eſt: nec tacuit: eo q; nō eſſet reqeſ do-  
nec aſpiceret et videret dñs de celis  
i. nō tacuit a ſietu: eo q; nō eſſet reqeſ  
alicui mēbro filij mei donec aſpi-  
ceret dñs. l. reſuſcitando ipm a mor-  
tuis. Attendite igi⁹ et videte o vos  
oēs si ē dolor ſicut dolor me⁹. Sexto  
nō modica cā dolous ſicut fuit i xpō  
patiēte: ita in matre cōpatiēte hoc. l.  
q; cū latronib⁹ crucifixus eſt. Sicut  
em pati iuſtu et innocentem cū alijs  
ſanctis et probis viris et iniuste con-  
dēnari ad mortē eſt aliquod refrige-  
riū. ita econtra condēnari cū ſcelera-  
tis eſt augmentū pene cū ex hoc vi-  
dentes iudicent illū ſceleſtū. Un et p  
speciali iuria et crudelitate erga eū  
p̄dixit. Eſa. liij. ca. Et cū ſcelerat; de-  
putat⁹ ē ſc̄z ad mortē: qđ vidēs vgo  
mī i alio ipleri: cū in medio latronūz  
crucifixus ē valde doluit. hoc ēt xp̄s  
horē ſuſ ſenſituā orabat p. ps. di-  
cens. Ne perdas cum imp̄hs deus

animā meam. i. vitā. Unde et subdit  
quasi declarāſ ſe: neq; cū viris ſan-  
guinū vitā meā. Erat ſiquidē crux  
illo tēpore ſuppliciū latronū. Lz nūc  
propter christū in ea extenſum cū ſu-  
ma veneratione trāſeat ad frontes  
imperatorū et oīm christianoꝝ. Erat  
moīs maxime infame et acerbissime  
pene. Unde in lege dictū ē. Maledi-  
ctus oīs q; pendet in ligno maledi-  
ctione: ſc̄z ifamie. Qđ intelligentes  
ipſi maligni iudei vt retent qđā ſapi-  
ens hoc prenūciando dixerūt non re-  
c̄te: ſc̄z puerſe cogitantes: morte tur-  
pissima cōdēnemus. hoc gen⁹ mor-  
tis ideo xp̄s elegit poti⁹ qđ alia mor-  
tē vt doceret et cōfortaret quēlibet p-  
pter nullū genus mortis quātūcūq;  
ignominiosū: quātūcūq; asperū deuſ  
ſeu mādatū ei⁹ quodcūq; deserendū  
vt notat btſs Thomas post Augu-  
ſtinū in tercia pte cū et ipſe rex reguſ  
et dñs dñiantū mortē ſuſtinxit imma-  
turā: q; in flore iuuentutis violētiaſ  
q; ab amicis et beneficiariis. et acerbis  
ſuſā: q; crucis vilissimā: q; i medio  
latronū. Iuſiliauit inquit apostolus  
ſemetiū. philip. ii. vſq; ad incar-  
nationem inquit glo. Uſq; ad hūane  
mortalitatis participationē. vſq; ad  
dyaboli tēptationem vſq; ad populi  
deriſionē. vſq; ad ſputa. vincula/ fla-  
gella/ alapas/ et ſi hoc parum aliqd  
de gñe mortis addēdū ē nō cuiuscū-  
q; ſc̄z crucis q; ceteris ignominiosior  
eſt. Et quāto ait Bern. minorez ſe fe-  
cit humilitate tanto ſe ostēdit maio-  
rē bonitate. Et quāto vilior rāto in-  
de charior. Idē ſup Canf. O humile  
et ſublime. O altissimum et nouifimum  
O opprobriū homī et gloria angelorum.  
Nemo ſublimior nemo despe-  
ctior: eſto vilis qđtſcūq; nūq; xp̄o vi-  
lior eris. Ipſe ſiquidē rex regū et dñs  
dñiantū fuſt vilissimo p̄cio venalis ex-  
poſit⁹: a vilissimo pplo: vilissima paſ-  
ſus vilissimo loco crucifix⁹: cruc⁹ ſup  
plico traditus: inter latrones poſi-  
t⁹ eū iniquissimis et vilissimus homi-

# beate Marie virginis.

nibus deputat<sup>9</sup>: modo vilissimo tra-  
ctat<sup>9</sup>. Etei tanq̄ malefactor bonus  
fons capi<sup>t</sup> tanq̄ furiosus mansuet<sup>9</sup>  
vinculis astringit: tanq̄ pestifer sal-  
uator accusat: tanq̄ fatu<sup>9</sup> dei sapien-  
tia irridet: tanq̄ homicida vita ho-  
minū morti damañat: tanq̄ leprosus  
et immundus mundator criminum  
extra menia eijscī tanq̄ latro cruci  
figit: tanq̄ flagitosissimus cōfutan-  
dus ab omnibus et intuendus nuda-  
tur: et tanq̄ vermis viles et vilissim<sup>9</sup>  
sum<sup>9</sup> deus cōspuitur abijsic<sup>9</sup> et con-  
culcat<sup>9</sup>. Hec ille. Et tamen inter tan-  
tas iniurias et vilificationes p cruci  
fixorib<sup>9</sup> suis depreca<sup>t</sup> latroni et si p  
pter scelera sua crucifixo ad peniten-  
tiā cōuerso nō solū venia s<sup>z</sup> paradisū  
pollicet dicēs. Hodie mecum eris i pa-  
radiso. Stabat iuxta crucē mī iēsu:  
hec meditat<sup>9</sup> et dolorib<sup>9</sup> quasi defec-  
cta ait ad crucē vt pie credi p flecte-  
ramos arbor alta tensa laxa viscera  
et. Ad filium autē mihi nō loqueris p  
indeis intercedis latrone cōsolaris.  
Ad quā ille. Ecce fili<sup>9</sup> tu<sup>9</sup> ex quo ad  
patrē p mortē vado loco mei iohānē  
dimitto. Sz ista mutantio adauget  
dolorē cū fili<sup>9</sup> hois michi def<sup>t</sup> p filio  
virginis immo et dei. Attēdite ergo  
et videte et. Septimo ostenditur ma-  
gnitudo doloris sicut in xpō patien-  
te: ita et in mī cōpatiente rōne pau-  
citat<sup>9</sup> fruct<sup>9</sup> seu utilitatis ipsi<sup>9</sup> passio-  
nis ex parte miserie et pueritiat<sup>9</sup> et in  
gratitudinis hoīm. Nā cu<sup>t</sup> copiosa  
fuerit apō eū redēptio adeo q pciuz  
sanguis ei<sup>9</sup> nedū oēs hoies erat suf-  
ficiēs ad redimēdū: sz et nulle mun-  
dos si fuissent et tñ pauci sunt qui se  
faciat particeps fructu ipsi<sup>9</sup> passio-  
nis ppter desidiā et igratitudinē ho-  
minū. Sicut autē ex magnolucro qd  
q̄s videt se q̄sequi ex suo labore mul-  
ti gaudet et isolat<sup>9</sup>: ita ecōtra cū ma-  
ximo labore quē q̄s tolerat videt cō-  
seq̄ modicū fructū vel nullū multū  
q̄tristat<sup>9</sup> et dolet. Clamabat Iesus in  
cruce sitio. Et lz ad l̄az ppter iten-

sūm dolorem fitire corporaliter ma-  
ior tamen erat sitis spūalis desideri<sup>s</sup>  
saluationis humani ḡnūs. Et cum vi-  
deret ipē et mater eius pene nullum  
fructū tunc sequi sed potius ruinam  
preparari iudeoz ppter pfidiā suā:  
casum contigisse apostolor<sup>z</sup> et in futu-  
ru<sup>z</sup> multos perituros xpianor<sup>z</sup> dice-  
re poterat cum dolore illud Michēe  
vñ. Ue mihi quia factus sum sicut q̄  
colligit racemū in antūno: nā tūc vī  
demiata vinea nō repit nisi alijs ra-  
cem<sup>9</sup> ita et tpe passionis totā pene vī  
neā hūani ḡnūs vindemiauerat dya-  
bolus ut sibi subditā: remāsit alijs  
racemus ut latro cōuersus: cētūrio  
fidē xpī cōfessus et alijs alius quem  
xp̄s collegit. Multum ḡ dolet xp̄s et  
mī ei<sup>9</sup> de tāta ingratitudine. vñ cla-  
mat p bt̄m Berh. Ad te clamo q̄ pro-  
te morior te exhortor qui i cruce pa-  
tior vide clavos quib<sup>9</sup> q̄fodior: vide  
latus quo aperior: sz cum sit tantus  
dolor int<sup>9</sup> et exterior: pl<sup>9</sup> tñ cruciat  
q̄ te ingratum expior. hec ille. Et p  
bt̄m Augustinū. Cū essem inimic<sup>9</sup> pa-  
tri meo recōsilau te p me: et cū lōge  
esses veni vt redimere te: et inter mō-  
tes et silvas cū errares q̄slui te: inter  
lapides et ligna inueni te et ne lupoz  
ferarūq̄ rabido ore laniareris colle-  
gi te laboravi sudavi caput meum  
spinis opposui: lat<sup>9</sup> mesi pforari pm̄si:  
tot inurijs lacestis sum vt piūge-  
rē mihi te: et tu diuidaris a ma tanta  
s. est igratitudo tua. Et Ozee. vi. cō-  
q̄rens dñs ait. Mīa vestra quasi nu-  
bes matutina et quasi ros mane per-  
transiēs. Mīa v̄ta id est quā vobis  
feci in redimendo quasi nebula ma-  
tutina que sz pertransiit: ita illud a  
memoria v̄ta et quasi ros q̄ adueniē-  
te sole cito desiccat<sup>9</sup> ita adueniēte ca-  
lore tētationū et tribulationū subito  
perīt a vobis mēoua passiōis et grā  
p ea recepta. Sz alia deuota dicit il-  
lo Thren. Mēoua inēor ero et tabe-  
scet i me alia mea ex q̄passiōe. de ter-  
tio p̄ncipali. Cū v̄. Mater iēsu. Adf

# Sermo de planctu

immaculata. Mater intacta. Mater  
vni geniti dicta. Mater dei et plasma-  
toris omnium eius qui in celis est sine  
matre in terris sine patre mater vni  
ci filij iesu: et ideo plus amans et plus  
dolens. Mater sola genitrix totius ie-  
su: et ideo plus amans quam si patre ha-  
bueret: quod plus sua res. et inde plorans  
lens: unde hunc. xxxi. ca. ait. Femina  
circumdat virum. Solet homo cir-  
cundare quod suum est proprium non  
quod alienum in aliis filiis substantia  
filii non est tota propria matris: sed  
et patris. et ideo nulla mat circundat fi-  
lium ut virgo maria. Omnis alia fi-  
gura pluribus lineis formatur: cir-  
cularis vero figura una linea clau-  
ditur: sic beata Virgo maria sola clau-  
dit intra viscera sua christum. Alii filii  
duabus lineis figurantur. scilicet pa-  
tre et matre: quod circumdat ex nul-  
la parte est apertum: sed unius clau-  
sum: sic beata Virgo maria ante par-  
tum in partu et post partum: et ideo circumda-  
bit virum scilicet iesum totum perfectum.  
Sed dolores partus quos euasit pa-  
tiendo sibi reseruati fuerunt in passio-  
ne filii: ut dicit Johannes damascenus.  
Nec ultra unius pariendo excepta  
est tantum dolorem sicut ipsa iuxta  
crucem in compatiendo. Ex ipsa autem  
maternitate: id est generatione iesu  
facti sumus fratres iesu: propter quod no-  
no confunditur homines vocare fra-  
tres ut ait apostolus ad hebreos. dices per psal-  
mum. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et ideo sicut debemus gratias  
fratri nostro iesu christo in tanta ei-  
passione per nos: ita et matri nostre  
de morte fratris nostri et filii sui: vnde  
ut dicit beatus Augustinus. Cum an-  
nuati christi passio ab ecclesia recon-  
litur: ita debet nos mouere ad com-  
passionem sicut nunc videremus im-  
pleri. Sic et matri nostre compati que-  
stabant iuxta crucem ipsum autem ve-  
spere depositum sacratissimum cor-  
pus per Nicodemum et ioseph suscipiens  
a gremio mater quot lachrimarum flu-

mina quamamissimos singulisque at-  
ta suspiria que verba mestisicie ple-  
na ex ea processerint quis posset ex-  
primere cum singula membra per-  
quireret tam directe cruciata: tam  
turpiter delusa oscularetur et lachry-  
muis irrigaret sociata maria magda-  
lena et alijs marijs et deuotis mulie-  
ribus. Cum autem sero factum esset  
deuoti homines pie et deuote corpore  
illud de brachiis accipientes posue-  
runt in monumento mente consepu-  
ta cum eo. Reminiscens ergo beati  
sanguinis ait dominus latinus ordi-  
nis predicatorum cardinalis. Quem  
profudit amator hominis profunde la-  
chrymas. Non est locus ingratitu-  
dinis ubi torrens tante dulcedinis  
atttingit animas. Iesu bone cur tanta  
pateris cum peccati nihil commiseris  
flos innocentie. Ego latro tu cruce  
moreris: ego reus tu pena plecteris  
nostrae nequitie. Ante fecit sic amor  
ebrium ut nec crucem putas oppro-  
brium amoris gratia: sed ut nulli mihi  
sero si non recognouero: ut nulli mihi  
sero si non recompensauero dignus  
operibus. Regnum queritis non in-  
trabitis sine crucis nau: portum peti-  
tis non venietis sine crucis clavis. So-  
la enim digna fuit ferre seculi precium  
atque portum preparare nauem mun-  
do naufragio vite eterne quam ipse  
concedat qui est benedictus in secu-  
lorum secula. Amen.

¶ Finit sermo de planctu  
beate Marie virginis.

¶ Impressum recetissime extitit pre-  
sens opusculum. Anno scilicet ab in-  
carnatione christi supra millesimum  
quingentesimum postremaque manu  
apposita die ultima mensis Junij.

D E  
S R A T J A S

o. 1188. 7



Sala R  
Gab. 14  
Est.  
Tab.  
N.º 36

MOM